BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 11
Numero: 340

R-8715


# LEONARDI ARETINI IN Libros Ethicorum Prohemium.

ARiſtotelis Ethicoꝛuꝫ libꝛos latinos facerē nup inſtitui: nō qꝛ pꝛius traducti nō eēnt: ſꝫ qꝛ ſic traducti erant vt barbari magis q̄ȝ latini effecti viderent. Conſtat. n. illius traductionis auctoꝛē quicūqꝫ tandē is fuit: quem tamē oꝛdinis pꝛedicatoꝝ fuiſſe manifeſtū eſt: neqꝫ grecas: neqꝫ latinas litteras ſatis ſciuiſſe. Nam ⁊ greca multis in locis male accepit/ ⁊ latina: ⁊ ſic pueriliter ⁊ indocte reddit vt vehemēter pudenduꝫ ſit tam ſupine craſſeqꝫ ruditatis. Quinetiaꝫ frequēter verboꝛuꝫ: que optima ⁊ pꝛobatiſſima latinitas hꝫ: ignarus atqꝫ in opulentia noſtra mendicās cum greco verbo latinuꝫ reddere neſciat quaſi deſperās ⁊ cōſilij inops ita vt iacent greca dimittit. Ita ſemigrec⁹ quidē ⁊ ſemilatinus fit in vtraqꝫ deficiens lingua: in neutra integer. Quid dicā de tranſformatione oꝛationis qua nihil eſt turbatius/ nihil peruerſius. Atqui ſtudioſum eloquētie fuiſſe Ariſto. ⁊ dicēdi artem cū ſapiētia cōiunxiſſe: ⁊ Cicero ipſe multis in locis teſtatur: ⁊ libꝛi eius ſummo cū eloquētie ſtudio luculentiſſime ſcripti declarant. Itaqꝫ ſiquis illi nunc ſenſus eſt reruꝫ noſtrarū: iampꝛideꝫ credendū eſt huic abſurditati ⁊ incōcinitati traductionis infenſum: ⁊ tantaꝫ barbariē indignatū hos ſuos libꝛos eſſe negare: cuꝫ talis apud latinos videri cupiat/ qualeꝫ apud grecos ſeſe ipſe exhibuit. Nec vero mihi quiſq̄ȝ obiecerit latine lingue inopiam. Nam illa quidē abunde locuples eſt: nec ad expꝛimenduꝫ quoduis: verūetiaꝫ ad exoꝛnanduꝫ ſatis: modo ipſa ſciatur. Ignoꝛanteꝫ vero iſta aggredi ⁊ vitium ſuum lingue aſcribere ſtultiſſimuꝫ ſimul ⁊ indigniſſimuꝫ eſt. Videm⁹ Plautū q̄deꝫ ⁊ Terentiū poetas comicos ⁊ de leuiſſimis rebus tractātes Menandri fa/



N° 1

bulas ex greco ſumptas ſic latinas feciſſe/vt cūcta etiaꝫ
minutiſſima exprimāt. nec tn̄ verbis grecis vtunt̄: neqꝫ
elegantia ſumma illis deeſt: neqꝫ ornatus. Ciceronem
quoqꝫ in his libris: in quibꝰ hec ipſa ab Ariſto. tractata
preſcripſit nunq̄ꝫ experimēdi facultas: nunq̄ꝫ vbertas
orationis defecit. Tantū qꝫ abſuit vt quereret̄: vt multis
ēt locis diſſeruerit latinā linguā pleniorē eſſe q̄ꝫ grecaꝫ:
in quo lꝫ quibuſdā refragatū ſit: tn̄ eatenus vt grece no
ſtram nō anteferrēt plenā certe ⁊ locupletē eē faterētur.
Qui eniꝫ latine lingue ruditatem accuſant: hi mihi neqꝫ
Mar. Tulliuꝫ legiſſe vnq̄ꝫ videtur: neqꝫ Virgi. quorum
equidē nō video cur aut alteri Demoſthe. in ſoluta ora
tione: aut alteri Homero ſit in carmine preferēdus. Su
pra hos vero quos greci proferūt nullos h̄nt. Sed q̄d
ego: aut de collatiōe vtriuſqꝫ lingue: aut de accurata ver
borum repreſentatiōe diſputē. Eruditoꝝ ſit iſta cura: re
truſa quedā ⁊ limata exquirere. At hic noſter interpres:
⁊ in planiſſimis tanq̄ꝫ in ſalebra heret: nec in penuria la
borat: ſed in diuitijs mēdicat. Ponam vnuꝫ aliquid de
ſuis quo manifeſtiꝰ diſcernat̄ in illa diligēti Ariſto. me
diorum extremorūqꝫ deſcriptiōe: quibꝰ virtutes ⁊ vitia
cōtineri oſtēdit iſte interpretans quodā loco ſic inquit.
Circa delectabile autē q̄ꝺ quideꝫ in ludo medius qui/
dem eutrapelos ⁊ diſpoſitio eutrapelia. Superabūdan
tia autem bomolachia: ⁊ qui hꝫ eam bomolochos. qui
autē deficit agrichos quis ⁊ habitus agrichia. O ferreū
hominē. nō poſſuꝫ equidē legens me continere. hocci/
ne eſt interpretari? Atqui poterūt hec omnia q̄ ob igno
rantiaꝫ reliquit cōmode ⁊ eleganter latine dici. Primū
enim q̄ꝺ ille in ludo inquit magis equidem in ioco di/
cendum reor. Nam ludere pila ⁊ alea magis dicimus:
iocari autē verbis. In ioco igitur laudabileꝫ illam me/
diocritateꝫ quam greci eutrapeliaꝫ vocant. noſtri tum
vrbanitateꝫ/tum feſtiuitatē tum comitatē tum iocundi
tatem dixere. Et qui ita ſe habet: vrbanus feſtiuus/co/



mis/iocūdus eſt. Hec omnia probata ſunt verba: ⁊ ab
optimis auctoribꝰ frequētata: ⁊ videtis copiam lingue
noſtre. Superabūdantia inquit bomolochia hoc ꝓprie
eſt ſcurrilitas apud noſtros: verbuꝫ ita optimū: ⁊ qui il/
lam hꝫ/ſcurra. qui autē deficit inquit agrichos. quis hic
proprie eſt ruſticus: ⁊ habitus de ſe ruſticitas: vt ſit qui
mediocritatē in iocando ſeruat vrbanus/ſiue comis: q̄
omnino deficit/aut abhorret ruſticꝰ: qui ita iocoſus eſt
vt moduꝫ excedat/ſcurra. Num hec latine dici poſſe vi
dentur? Vtrum ergo in lingua defectus eſt vel in ipſo?
Atqui fieri pōt vt ipſe in ph̄ia doctus fuerit. ſed equidē
nō puto: cum videaꝫ ipſuꝫ res quoqꝫ ſimul cū nomini/
bus cōfundentē. Quid eniꝫ tritiꝰ apud eos qui de mo
ribus ſcribunt: q̄ꝫ honeſti vocabulū: cum ſtoyci/quorū
Seneca maxime inter noſtros īminet fines bonoruꝫ in
honeſtate collocarint: ⁊ frequētiſſime diſceptet̄ an vtile
ab honeſto ſeparari queat. oēs virtutis actiones hone/
ſto cōtineri dicimus. Eniuero h̄ pro honeſto grece ab
Ariſto. vbiqꝫ poſito: ſemꝑ latine bonū exp̄ſſit. ꝑabſurde
quidē: nā ⁊ ſi oē honeſtū eſt bonū: tn̄ aliter de honeſto:
aliter de bono loq̄mur: vt ēt aliter de aīali: aliter de ſb̄a:
q̄ꝫuis ēt omne aīal ſb̄a ſit. Q̄ꝫ ſi q̄ꝛ omne honeſtū ſit bo/
num: ꝓpterea bonū interpretari licebit. Pro vtili quoqꝫ
vbiqꝫ poſitū fuerit bonuꝫ dicemus: ita tria maxima que
in ph̄ia verſant̄ bonuꝫ: vtile: ⁊ honeſtū: in vnuꝫ confun
demus. Et cum vtile ab honeſto ſeparari poſſit/nec ne
querere volemꝰ: ſic proponet̄ nunq̄d bonuꝫ a bono ſe/
parari queat. ⁊ ſtoyci ſi beatam vitam in bono poſitā eē
dicerēt nullus negaret. At in honeſto poſitā epicurei ne
gant: in bono aūt concedūt: q̄ꝺ ⁊ ipſi bonū appellant vo
luptatē. Igitur iſto modo interp̄tari vtrum tandē cōuer
tere eſt Ariſto. dicta/an peruertere? Bono quidē cōtra/
rium eſt malū: honeſto aūt turpe. Hec vt apud latinos
vocabulis diſtincta ſunt: ſic ēt apꝺ grecos que ille ſi mō
quicq̄ꝫ intelligeret nunq̄ꝫ confudiſſet. Dicam ⁊ de alio

errato q̄ʒq̄ʒ infinita pene ſunt.at duo vel tria oſtendiſſe
ſatis:erit p̄ſertiʒ in maximis:⁊ pondus hn̄tibus. Nulla
fere maioꝛ cōtentio in phīa fuit q̄ʒ de voluptate ⁊ dolo
re. Cum alij Eudoſuʒ ⁊ Ariſtippuʒ ſecuti in voluptate
ponere ſummū bonuʒ nō dubitarint: ſūmūq̨ʒ in doloꝛe
malum. Alij ꝯtra: non mō ſummū bonum nō eſſe volu
Forte meli⁹ ⁊ prauuʒ. ptatem: verūetiaʒ abiectū quoddā ⁊ paruū. Omnes tn̄
res quas gerimus doloꝛe ⁊ voluptate tanq̄ʒ guberna/
culis quibuſdā regi fatebant. Hec igitur duo circa que
oīs de moꝛib⁹ vtitur diſciplina:⁊ que oēs noſtri qui de
phīa vnq̄ʒ ſcripſerūt/voluptatē ⁊ doloꝛē appellāt:iſte
queādmoduʒ interpꝛetat⁹ eſt:quaſi nunc pꝛimuʒ naſce/
retur:nec quicq̄ʒ vnq̄ʒ legiſſet pꝛo voluptate delectatio/
nem poſuit:pꝛo doloꝛe aūt triſtitiā. Pꝛimuʒ quero que
cā fuerit ab vſu loquendi Cice. Senece Boetij Lactā.
Hierony. ⁊ alioꝝ noſtroꝝ recedēdi:rn̄debit credo ſi ve/
ra fateri volet nunq̄ʒ ſe iſtos legiſſe: delectatiōis autē ⁊
triſtitie e vulgo ſump̄ſiſſe. At enim hos pꝛeſtātes viros
legiſſe opoꝛtuit. Nam vulgus quideʒ haudquaq̄ʒ pꝛo/
batus eſt loquēdi magiſter. Sed quero nō iam ab eo:ſʒ
ab his quos illuʒ defenſuros eē reoꝛ: que nam cā fuerit
vetus ac pꝛobatū verbū relinquēdi:querēdi nouū:vtrū
diceret delectationē idem eſſe qđ voluptatē: an volupta
tem nō illud deſignare qđ idonin:greci dicunt. Pꝛimū
vt ideʒ valeat delectatio ⁊ voluptas:nō fuit tamē cauſa
a cōſuetudine veterum pꝛeſertim excellentiſſimoꝝ ab/
eundi. Deinde totum hoc erroneuʒ eſt: nec eſt ideʒ vo
luptas ⁊ delectatio ſi modo cōtraria ex cōtrarijs noſcun
tur. Triſtitia eniʒ qđ ille cōtrariū delectationi eſſe voluit
nō doloꝛeʒ:ſed grauitatē ⁊ ſeueritatē ſignificat que ſunt
fere cōtraria hylaritati. Itaq̨ʒ triſtitiaʒ vultus dicimus:
⁊ iudicem triſteʒ.i.ſeuerū ⁊ grauem. Et in Lelio hylari/
tas fuiſſe perhibet:in Scipione aūt vita triſtioꝛ: ambi/
tio maioꝛ. Cum ergo triſtitia non ſit doloꝛ/nec delecta/
tio:certe erit voluptas. Inſuper delectatio vt mihi q̄dē



videt extrinſecū quoddā eſt: voluptas aūt intrinſecuʒ.
Delectāt em̄ magnifici apparat⁹:delectāt ſoni ⁊ cātus:
delectat hyſtrio dū fabulas agit. Hec oīa ab extra pue/
niūt:vt igit ictus ſagitte nō eſt ipſe q̄dē doloꝛ:ſʒ doloꝛē
mouet:ſic delectatio iſtaꝝ reruʒ ab extra p̄ficiſcēs nō eſt
ipſa voluptas:ſed efficit voluptatē. Eſſe aūt voluptatē
latine qđ greci idonin vocāt:⁊ ſic interpꝛetari opoꝛtere
nullus vel mediocriter doctus ignoꝛat. quo magis ad/
mirari cogoꝛ in hoc tantā ruditatē/ne dicam ignoꝛantiā
fuiſſe. Tullius in lib. de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ ita ſcri
bit qđ greci idonin vocāt:nos appellamus voluptatē.
Et ſepe querimus verbū latinum par greco: ⁊ qđ ideʒ
valeat:hic nihil fuit qđ quereremus. Nullū enim inue/
niri pōt qđ magis idem declaret latine qđ grece quam
declarat voluptas. Hec Tullius: cuius ni falloꝛ verba
oſtendunt ⁊ voluptateʒ dici opoꝛtere: delectationē non
opoꝛtere. An igit hunc ducem in ſcopulis ſequar:queʒ
in plano offendenteʒ turpiter ⁊ labentē inſpicio: vt nec
honeſtum dicere ſciat:nec voluptatem ⁊ doloꝛē intelli/
gat. Inſuper cum aliud ſit eligere:aliud expetere: qm̄
in eligendo cōſultationeʒ ⁊ deliberationē pꝛemittimus
non in expetēdo:⁊ expetimus ſemper bonū: eligimus
nonnūq̄ʒ minus malum:idq̨ʒ Ariſt. accurate diffiniat ⁊
in loquendo plurimū emicat. Noſtriq̨ʒ etiaʒ nō minoꝛi
cura hanc diſtinctionē ⁊ cautelam ſequunt: ⁊ iſte verba
in quibus ad claritatē ⁊ vim doctrine plurimum refert
ita cōfundit vt pꝛo verbo expetere vbicūq̨ʒ in greco ex/
poſitū eſt eligere dicat:expetere aūt nunq̄ʒ dicat:quo fa
cto tota pene doctrina cōfunditur. Quid dicam de ex/
tremis ⁊ medijs : in quibus Ariſto. virtutes colloca/
uit ⁊ vitia : ⁊ ſingula ſcrutari niſus eſt q̄ʒ hic inermis
⁊ rudis : pauca de noſtris : ⁊ hec ipſa inepta reliqua
vt ſunt in greco dimittit: vt qui illa legunt nihilo plus
adipiſcantur q̄ʒ ſi nihil legiſſent . Pꝛeterea cū virtuti
oppoſitum noſtri vitium appellant quod Cice. placet

dictum eſſe ex eo: quia vituperabile ſit: iſte neſcio quã ratione maliciã nuncupat: qꝺ eſt tum ineptum: tum inſolens: tũ vnius certe improbitatis nomen nõ vniuerſe vitioſitatis. Ego igitur infinitis pene hmõi erroribus permotus: cum hec indigna Ariſt. indigna quoqꝫ nobis ac lingua noſtra arbitrarer cum ſuauitatẽ horum librorum que greco ſermone maxima eſt in aſperitatem cõuerſam: nomina intorta: res obſcuratas: doctrinam labefactatam viderem: laborem ſuſcepi noue traductionis: in qua (vt cetera omittam) id aſſecutum me puto: vt hos libros nunc primum latinos fecerim, cum antea non eſſent.

✠ ✠
✠



# ARISTOTELIS STAGYRITÆ Peripatheticoꝝ principis, Ethicorũ Liber Primus: ad Nicomachũ eius filiũ: Leonardo aretino interprete: feliciter incipit.

OMnis ars, omniſqꝫ doctrina: ſimiliter autẽ ⁊ actus electio bonũ quoddaꝫ appetere vr: quapp bene oſtenderunt ſummũ bonũ qꝺ oĩa appetũt. Videt aũt inter fines dĩa quedã. alij nãqꝫ ſunt operationes: alij pter eas opera aliqua. Quoꝝ vo fines ſunt aliqui pter actiões in his potiora ſunt opera, qꝫ operationes. Sed cũ multi ſint actus ⁊ artes ⁊ ſcie: fit ẽt vt multi ſint fines. Nã medicine quidẽ ſanitas: nauicularie vo nauigiũ: rei militaris ãt victoria: economice vo diuitie. Quecũqꝫ aũt ſunt hmõi ſub vna aliq̃ vtute: queãdmodũ ars frenoꝝ faciẽdoꝝ: ⁊ alie oẽs q̃ ad ſtructurã equoꝝ pertinẽt, ſub equeſtri cõſiſtũt. Ipſa vo equeſtris ⁊ oĩs bellica actio ſub re militari: eodẽqꝫ mõ alij ſub alijs. In cũctis aũt fines eaꝝ q̃ magis pncipes ſunt oĩbus inferiorib⁹ ſunt anteponẽdi. Naꝫ illoꝝ grã iſtos pſequimur. Nihil aũt refert vtrũ opationes ipſe fines ſint actuũ vel preter ipſas aliꝺ quiddã: queãdmodũ in his q̃ appellant ſcie.

Summũ bonũ ẽ qꝺ oĩa appetũt. Finiũ dĩa.

¶ Si igit agibiliũ finis quiſpiã eſt: quẽ pp ſeipm velim⁹: alia vero pp illũ: nec oĩa pp aliud optamus: nã ſic in infinitũ eſt etiã pgreſſus: vanaqꝫ ⁊ ſtulta reſultaret cupiditas: manifeſtũ eſt id eſſe ſummũ bonuꝫ ⁊ optimũ. Atqꝫ huius nimirũ cognitio ad vitã noſtrã multũ cõferret: ac velut ſagitarij ſignũ hñtes facili⁹ qꝺ opꝫ aſſeq̃remur.

in iſta parte oſtendit phus q aliquis eſt finis vl'timus omnium humanorum et q cognitio eius neceſſaria eſt ad directione vite humane

## ¶ Incipit cōmentū Auer. ſup Libꝛos Ethicoꝝ Ariſt.

1 ¶ Caplm̄ primū de eo qđ eſt aliqs finis perfectiſſimus operabiliū bonoꝝ in quē cetera reducunt̄: quē opȝ maxime intēdere ⁊ querere. quē etiā eſt optime diſciplinarum ⁊ ꝓpꝛium bonū hominis: quem melius eſt dirigere in pluribus ꝙ in vno.

Dixit Ariſto. qm̄ oīs ars ⁊ oīs ſciētia ⁊ oīs actio ⁊ oīs electio rei eſt alicui⁹: per vnāquāqȝ qđeȝ earū bonū aliqđ intēdi/ ⁊ deſiderari videt̄: ⁊ eſt finis intētus per artē: aut ſcientiā: aut actionē: aut electionem. Et cū ſint fines iſtarū cunctarū hec ꝙ oīa appetunt: ⁊ ſint fines eaꝝ oīuȝ: ⁊ manifeſtū eſt ꝙ oīa appetunt bonū. ¶ Et ꝓpterea bene dixit qui deſcripſit bonum per hoc ꝙ ipſuȝ eſt qđ oīa appetūt: ⁊ diuerſitas qđē inter fines intētos p artes eſſe vr̄: nō ꝓp diuerſitatē artiū tm̄: ſȝ ⁊ ex eo qđ fines in quibuſdā artiū ſunt actiōes ipſemet: vt in arte ſaltādi ⁊ percutiēdi cytharā: ⁊ in quibuſdā eaꝝ fines ſunt acta ⁊ nō actiones: vt ſanitas in arte medicine. In artibus aūt in quib⁹ fines ſunt acta nō actiōes acta meliora ſunt actionib⁹: cū actiōes q̄ ſunt in ipſis ſint grā actoꝝ. ¶ D. Cū itaqȝ ſint artes ⁊ ſciē plures: ⁊ erūt fines plures: vt artis medicine finis eſt ſanitas: ⁊ artis operādi naues nauigiū: ⁊ artis gubernādi bella victoꝛia: ⁊ artis gubernādi domū finis eſt opulētia. ¶ Dixit. Artiuȝ aūt quedā ſunt ſubalternate alijs vt ars frenoꝝ: ⁊ relique artes/ quibus vtitur equeſtris ſunt ſub arte bellica: ⁊ ſilr̄ oīs actio bellica eſt ſub arte gubernādi bella: ⁊ ſilr̄ in alijs generibus rerū in quibus ſpeculant̄ artes ſicut inueniunt̄ in eis artes plures ſub arte vna ꝓncipali in illo genere: ⁊ ī oībus iſtis finis artis ꝓncipalis dignioꝛ eſt ⁊ melioꝛ fine artis que ſub ipſa eſt: fines enim artis q̄ ſub ꝓncipali eſt nō querant̄ niſi grā finis artis ꝓncipalis: ⁊ nō eſt drīa in his ſn hoc vt fines eaꝝ ſint actiōes aut acta. ¶ D. Nece eſt aūt vt ſint in iſtis reb⁹ que agunt̄ res q̄s volumus ꝓp ſeipſas: ⁊ eſt res q̄s volumus ꝓp aliđ: ⁊ vt nō ſit oīs actio ex actionib⁹ humanis volita ꝓp rē aliā: ſi em̄ ſic eēt ꝓcederet in infinitū: nec eēt finis cōpꝛehēſus: ⁊ eſſet deſideriū inane. Cū itaqȝ ſint hic artes actiones quarū q̄runt̄ ꝓp aliđ: ⁊ artes actiōes quarū querunt̄ ꝓp ſe: manifeſtū eſt ꝙ finis ei⁹ que querit̄ ꝓp ſe eſt bonum perfectū ⁊ optimū rerū cuȝ ſint reliqua bona queſita grā huius boni: ⁊ hoc ſiue ſit iſtud bonū vnū aut multa: aut ſit artis vnius aut artiū pluriū. ¶ D. Et cognitio hui⁹ boni eſt vltima in vita humana: ⁊ eſt grāde adiutoꝛiū in venuſtate eius. intelligo per vitā ciuilitates. Cognito nāqȝ fine determinant̄ actiones que ducūt ad ipſum: ⁊ que remouēt ab ipſo: ⁊ dirigit̄ intētio verſus ipſuȝ. Quēadmodū accidit baliſtarijs qui deſixo eis ſigno dirigūt ſagittas ſuas ꝯtra ipſuȝ: ⁊ ſic certius attingūt ipſuȝ. Et taliter ſe hn̄t hoīes in adipiſcēdo id qđ opȝ cognito ipſo videlicet dirigunt actiones ſuas per quas applicant̄ ad ipſum. ¶ Conandū eſt igit̄ nobis hic ad cōpꝛhendendū finē iſtū ſm̄ viā deſcriptionis ⁊ exēpli. ſ. ſermoni vniuerſali: ⁊ ad declarandū qđ eſt: ⁊ cuius ſcientiarū ⁊ artiū eſt. ¶ Videt̄ aūt eſſe potiſſime artiuȝ: ⁊ maxime principātis: ⁊ hmōi qđē eſt ars gubernādi ciuitates. Eteniȝ hec ars ꝓncipat̄ oībus artibus cuȝ determinet quas artes ⁊ ſciētias

Bū dixit q deſcripſit bonū ꝙ eſt id qđ oīa appetunt.

In artib⁹ ī qbus fines ſunt acta ⁊ nō actiōes acta ſūt meliora actionibus.

a Eadē diſtinctio hr̄. 2. ph. cō. 3.

Ars gubernādi ciuitates ꝓncipat̄ oīb⁹ artib⁹.



opȝ eſſe in ciuitatibus: ⁊ quas artes ⁊ ſciētias opȝ exercere vnūquēqȝ hoīuȝ: ⁊ quas artes ⁊ ſciās opȝ exercere quoſdā hoīuȝ: ⁊ vſqȝ ad quē finē opȝ diſcipulos peruenire in diſcēdo artes. Cū igit̄ hec ars talr̄ ſe habeat: ad reliquas artiū eſt principalioꝛ earum. ¶ Et patet hoc etiā ex eo ꝙ honoꝛatioꝛes artiū ⁊ nobilioꝛes earuȝ ſupponunt̄ huic arti: vtpote regitiua belli ⁊ regitiua domus ⁊ rhetoꝛica. ſ. ipſa oꝛdinat has artes ⁊ metitur eas. Si ergo fuerit hec ars. ſ. regitiua ciuitatū vtens reliquis artibus ⁊ mēſurans eas ⁊ ponēs qđ opȝ operari: ⁊ a quo opȝ abſtinere de oī re: neceſſe eſt vt ſit finis eius amplectēs reliquos fines artiū. Cūqȝ ſit bonū qđ intēdit hec ars illud bonū qđ cōtinet omnia bona eſt neceſſe ꝙ ſit finis eius bonū illud qđ appꝛopꝛiat̄ homini in eo ꝙ homo: ⁊ ſi enim bonū qđ appꝛopꝛiat̄ homini vni ſit bonū illud in ſpecie qđ appꝛopꝛiatur vniuerſitati ciuiū maius ⁊ perfectius. Iſtud quidem eſt poſito ꝙ bonum perfectuȝ poſſibile eſt haberi a ſolitario: ſicut poſſibile eſt haberi a ciue. Si autem hoc non appꝛopꝛiatur: tunc manifeſtius eſt ꝙ hoc bonum neceſſarium eſt inquiri. ſ. bonum quod appꝛopꝛiatur ciuitati. ¶ D. Et ſi fuerit ſuſceptio huius boni: ⁊ cōſeruatio ipſius ne tollatur. amabile quideȝ vni. ſ. vt inueniatur ei ⁊ cōſeruetur erit inuentio eius ciuibus: ⁊ conſeruatio ſua ipſis melioꝛ ⁊ honoꝛatioꝛ: ⁊ hoc eſt qđ intendimus per hunc libꝛuȝ. ſ. inuētio huius boni: ⁊ cōſeruatio ipſius ciuitatis.

¶ Qȝ ſi ita ad nitēdū eſt idipſuȝ quaſi per figurā compꝛehendere quid ſit: ⁊ cuius ſciētiaruȝ vel facultatū: vr̄ ꝓfecto eius eē que maxime dn̄et atqȝ p̄ſideat. Talis vo ciuilis apparet. Hec eniȝ ⁊ quas diſciplinas in ciuitatibus eſſe: ⁊ q̄les quēqȝ addiſcere: ⁊ q̄uſqȝ opȝ ipſa diſponit. Videmus ⁊ honoꝛatiſſimas facultates huic ſubeſſe: vt rem militarem economicā: rhetoꝛicā: cūqȝ ſciētijs reliquis quarū eſt in agēdo opus vtat̄: ac preterea leges ferat: ⁊ quid agere quiſqȝ ⁊ a quo abſtinere debeat: ipſa cōſtituat eius ꝓfecto finis aliaruȝ fines cōtinebit. Itaqȝ illud erit vtiqȝ ſummū bonū humanū: ⁊ ſi ens idem eſt vni ⁊ ciuitati: maius tn̄ ac perfectius ciuitatis videtur: ⁊ in capiēdo: ⁊ in cōſeruando. amabile quidē ⁊ vni ſoli. pulchꝛius tn̄ ac diuinius genti ciuitatibuſqȝ. Intentio igitur circa iſta verſat̄: ciuilis quedā cōſideratio exiſtēs in qua dici ad ſufficientiā putandū erit: ſi ſm̄ ſubiectaȝ materiā declaret̄. Nam certitudo quidē nō eodē modo eſt in oībus perquirēda. Quēadmodū nec in artificuȝ operib⁹. Honeſta vo ⁊ iuſta de quibus ciuilis cōſiderat tantaȝ varietatē ⁊ diſcrepantiā habent: vt lege dūtaxat/

Certitudo ī oīb⁹ nō ē eodē mō perquirēda.

non aũt natura conſtare videant̃. Talem quãdaꝫ ⁊ ipſa bona habent varietateꝫ: ꝓpterea ꝙ ſepe ab illis accidũt detrimẽta. Jam eniꝫ quidã ob diuitias periere: alij ob fortitudinẽ. Satis g̃ fuerit de his: ⁊ ex his loquentes groſſo mõ ac veluti per figurã veritatẽ oſtẽdere: ⁊ ſꝫ ea que pluriũ fieri ſolẽt de hmõi rebus trãſigere: eo deniq; modo ſingula que de his dicent̃ recipiẽda ſunt: naꝫ eius qui erudit̃ eſt eatenus in vnoquoq; genere certitudineꝫ exigere: quatenus eius natura rei recipit. Simile quippe videtur a mathematico perſuaſionem recipere: ⁊ ab oratore demonſtrationem requirere.

2 ¶ Secundum capl'm in quo oſtendit̃ ex qualib⁹: ⁊ qualia oportet in hac methodo concludere. ſ. ex cõtingentib⁹ natis: ⁊ cõtingẽtia nata ſm ꝙ exigit huic methodo ſubiecta materia. Dixit.

Oportet aũt vt ſufficiant̃ qð dicetur in hoc quã do fuerint ſermones inducti ſm ꝙ poſſe eſt in materia ſubiecta vult vt ſint ꝓpõnes inductaruꝫ ſicut in pluribus nõ autẽ neceſſarie. ¶ D. Non eniꝫ inquirenda eſt certitudo in omnib⁹ artibus eodẽ modo: imo opꝫ vt requirat̃ in omni arte ſm mãm in qua ſpeculatur talis ars. Quẽadmoduꝫ neq; opꝫ vt inquirat̃ certitudo in oĩbus que aguntur vno modo. ¶ D. Res auteꝫ pulchre ⁊ pertinẽtes iuſtitie: ⁊ ſunt ille in quibus ſpeculat̃ hec ars. ſ. regitiua ciuitatũ tantã habẽt diuerſitatẽ incidẽtẽ eis ⁊ errorẽ/ eo ꝙ mã ſua ſit polis qð plures opinati ſunt ꝙ bona ⁊ iuſta ſunt nobis tm̃ per legẽ. i. per poſitionẽ: ⁊ ꝙ non eſt hic aliqð bonum ⁊ iuſtum per naturaꝫ. Et iam accidit ſimile huic errori in bonis que in ſe bona ſunt eo ꝙ iam accidit pluribus hominũ ex ipſis nocumentũ: vt quibuſdam iam cõtingit periculum ex parte diuitiarum: ⁊ talis ex parte fortitudinis. ¶ D. Et ꝓpter hoc intenſionis quidẽ ⁊ voluntatis noſtre eſt vt pueniamus ad veritatẽ iſtarum rerum per viam groſſam ⁊ exẽplarem. ſ. per diffõnes ⁊ deſcriptiones que adaptant̃ rebus exiſtentibus in illa ſpecie vt in pluribus: ſed nõ omnibus. ſicut eſt diſpoſitio in diffinitionibus materie neceſſarie. Et per demonſtrationes quidem in quib⁹ ſint concluſiones ſic in pluribus.

Quiſq; bñ iudicat que cognoſcit. ¶ Quiſq; bene iudicat que cognoſcit: eorũq; bonus eſt iudex. Singula igitur is qui in ſingulis: ſimpliciter autem is qui in cũctis eruditus eſt. Ex quo fit vt iuuenis quidem nequaq̃ idoneus auditor ſit ciuilis diſcipline. Rudis eniꝫ earum rerum que in vita verſantur: ſermo auteꝫ ex illis: ⁊ de illis eſt. ſequax vero adhuc affectibus exiſtens inaniter ⁊ inutiliter audiet cuꝫ finis non cognitio ſit: ſed actio. Nihil autẽ differt etate quis iuuenis ſit: an moribus. Non eniꝫ in tempore defectus: ſed in viuẽdo ⁊ in perſequendo ſingula ſm animi perturbationeꝫ. Nam talibus quidem inutilis erit iſta cognitio: quẽadmoduꝫ his qui incõtinentes ſunt. Qui vero cupiditates ſuas rationi ſubijciũt his iſta ſcire multuꝫ admodũ ꝓderit. At de auditore quideꝫ: ⁊ quẽadmodũ recipiẽduꝫ ſit: ⁊ quid ꝓponamus: hec prefatos eſſe ſufficiat. Nihil refert etate q̃s iuuenis ſit an moribus.

¶ Tertium capitulum in quo oſtendit̃ qualeꝫ oportet eſſe huius methodi auditorem. ſ. eruditum ⁊ expertuꝫ circa moralia: ⁊ ideo nec iuuenem ſm etateꝫ: nec ſm morem iuuenilem. 3

Etenim prudẽtis. Intendo inſtructuꝫ in arte logices vltimate inquiſitionẽ certitudinis in ſermone in vnoquoq; genere in quo ſit ſpeculatio ſm ꝙ ſuſtinet nã illius generis. Equale eniꝫ peccatũ eſt ſi receperis ſufficientiam perſuaſiuã a dño doctrinaliũ: aut exegeris demõſtratõeꝫ a rhetore. ¶ D. Et vnuſquiſq; hominũ recte dirigit iudicium circa rem in qua ſciens fuerit. Et iudex diſcretus in re quadã eſt qui dirigit iudiciuꝫ in re illa eadem: ⁊ eſt prudẽs in illo genere: ⁊ idem cognitor logices particularis que appropriatur illi generi: bonus aũt iudicator abſolute eſt qui recte iudicat de omni re de recto. vꝫ. ⁊ non recto: ⁊ iſte eſt prudens abſolute: dico eum qui prudens eſt in arte logices cõmunis. ¶ D. Et ꝓpter hoc doctrina ciuilis non pertinet auditori puero: nam puer inexpertus eſt actionuꝫ que debent eſſe in vita. ſ. nõ diſcernit rectũ a nõ recto. ſermo aũt hic nõ eſt niſi de his actionibus: ⁊ in his. ¶ Dixit. Et qm̃ ecce puer ꝓſecutor eſt eoruꝫ ad que ducit euꝫ aĩa ſua ex deſiderijs: erit auditio eius ſermonis noſtri fruſtra ⁊ inutiliter: qm̃ finis noſter in eo de quo loquimur hic nõ eſt ſcire: ſꝫ agere. ¶ D. Et nõ differt vt ſit qui eſt in hac diſpone puer etate: aut puer moribus: defectus eniꝫ ſequẽs virũ deſiderijs nõ eſt ex breuitate tpis: nã ſi eſſet ſic nõ inueniretur ſenex ꝓſecutor deſiderij: ⁊ ꝓpter hoc non ꝓficiũt iuuenes per hanc cognitionẽ: ſicut nec ꝓficiũt per eam cõpleti qui non retinent ſe a delectationibus. ¶ D. illis aũt qui deſiderãt ⁊ agũt ſꝫ ꝙ dictat intellect⁹: ⁊ rõ perutilis eſt ſcientia que h̃ tractatur. ¶ D. Hoc igit̃ eſt ad qð nos oportuit peruenire in ꝓhemio nr̃i ſermonis. ſ. qualis debeat eſſe diſcipulus huius artis ĩ morib⁹ ſuis. Et qð eſt ꝓpoſitũ noſtrũ in hoc ſermone: ⁊ eſt gubernatio ciuitatũ: ⁊ cuius gñis ſunt rõcinatiões qbus vtimur in eo. ſ. opꝫ eſſe ordinẽ earũ in credulitate: aut formatiõe.

¶ Qm̃ vero vt prediximꝰ oĩs cognitio atq; electio bonum quoddaꝫ affectat: videamus quid eſt id qð ciuileꝫ dicimus affectare: ⁊ qð oĩuꝫ agibiliũ ſupremũ eſt bonuꝫ. Noĩe qdeꝫ oẽs fere ꝯſentiũt: felicitatẽ eniꝫ vulgus ſimul eruditiq; appellant: ſed ⁊ bene viuere ⁊ bene agere pro

eodem accipiũt: ac felicẽ eſſe. Quid vero ipſa felicitas ſit de eo ſane inter ſe diſcrepant: nec idẽ vulgus ſapienteſq; tradiderũt. Nam alij quidã ex his que clara ⁊ manifeſta ſunt vt voluptatẽ: aut diuitias: aut honorez. Alij item aliud nõnunq̃z etiã vnus ⁊ idem diuerſa. Egrotãs enim ſanitatẽ: Pauper diuitias: Ignorantie ſue conſcij eos qui magnũ aliquid: ⁊ ſupra ſe dicunt admirantur. Quidã vero ⁊ preter hec bona aliud quiddã ipſuz p ſe eſſe putant: ꝙ cauſa ſit omnibus his cui bona exiſtant.

¶ Cunctas igitur opiniones ſcrutari ſuperuacaneũ forſan eſſet. Sufficiet autẽ ſi illas que apparentes ſunt: aut rationem aliquam habere videantur.

4 ¶ Quartuz capitulũ de eo qđ ſumẽdũ eſt quid eſt finis operabiliũ bonoruz: ⁊ eorũ omniũ ſummũ bonũ. ⁊ ꝙ ipſe eſt felicitas cũ enumeratione quarundaz opinionuz de felicitate que ipſa ſit. B.

Nunc aũt reuertamur ad id a quo incepimus a principio ⁊ dicamus: cuz per oẽm cognitionẽ ⁊ oẽm electionẽ non deſideret niſi bonũ aliqđ qđ eſt bonum ꝙ ars gubernãdi ciuitates h3 ⁊ intẽdit: ⁊ eſt illud qđ appetimus p ipſam. ſ. bonũ excellentius ⁊ altius oium bonorum. Dicimus igit̃ ꝙ pene ab oibus cõcordatũ eſt in eẽ eius: ⁊ in ipſius noiatione. nam plures hoium ⁊ peritiores ipſorũ opinati ſunt ꝙ decor vite ⁊ decor cõuerſationis eſt vt ꝯuerſatio acquirere faciat felicitatẽ. ¶ Verũtamen inuenim⁹ eos diſſentientes: ⁊ in diffõne huius felicitatis. i. diſſentiũt in hoc quid ſit. Quidam enim hominũ dixerunt: qm̃ felicitas eſt aliqđ ex rebus apparẽtibus: de quibus manifeſtũ eſt ipſas eſſe bonũ. Quidã ergo dixerunt ipſam eſſe voluptatẽ: quidã aũt diuitias ⁊ opulentiã: quidã vero honorẽ: alij aũt aliud aliqđ preter hec. Et vl̃r cõſiderãdo in opinionib⁹ hoium circa ipſam inuenies quãlibet ſectã ponentẽ eam in partẽ alterã ab ea in qua ponit ipſaz ſecta alia: ita ꝙ inuenimus vnum eundẽ variantẽ dictionẽ ſuam circa ipſam ſm varietatez ſtatus ſui. Infirmans autẽ dicit ſanitatẽ: depauperatus autẽ diuitias. ¶ B. Cum autem plures recognoſcunt ignorantiaz ſuam de quiditate ipſius cum hoc ꝙ conueniunt in confeſſione ſui eſſe eam admirantur dictum eius qui dixerit de ea dictionẽ ſuperexcellentem hoc qđ ipſi intelligunt de ea. ¶ B. Et iam putauerunt quidam ꝙ hoc eſt bonũ aliquod exiſtens per ſe extra aĩam preter bona iſta multa: ⁊ qđ bonuz hoc eſt cã bonis omnibus: vt ſint bona: vnde ꝙ iſti opinati fuerint ꝙ cognitio huius boni ꝙ extra ⁊ applicatio ad ipſum eſt beatitudo: vt dicentes ideas eſſe. ¶ Dixit. Fortaſſis autem inquiſitio de omnibus opinionibus dãctis de beatitudine oneroſa eſt ⁊ inanis: ſufficit enim de famoſioribus earum inquirere: aut de quibus putatur ꝙ in ipſis ſit argumentum perſuaſiuum.



¶ Nec vero nos lateat differre eos ſermones q a principijs ſunt: ⁊ eos qui ad pricipia. Recte eniz Plato dubitauit queſiuitq; vtrũ a principijs via ſit: an ad principia: queãdmodũ in ſtadio ab his qui principia ponunt ad finẽ vel cõtra incipiendũ quid a notis eſt: ſ3 qui bifariã. Alia eniz nobis nota ſunt: alia ſimpl'r nos fortaſſe ab his que nobis nota ſunt incipere debem⁹. Itaq; bñ inſtitutũ morib⁹ eſſe op3 eũ qui de honeſtate ⁊ iuſtitia ⁊ oĩ ciuili rõne ſufficiẽter ſit auditur⁹. Naz pricipiũ eſt: q2 ⁊ ſi hoc ſufficiẽter cõſtat: nihil opus erit pp qđ. S3 qui ita inſtitut⁹ eſt: aut iam h3 principia: aut certe facil'r cupiet. ¶ Cui vero neutrũ iſtoꝝ adſit is audiat Heſiodũ. | Recte Plato dubitauit vtrum a pncipijs via ſit an ad pncipia. Heſiod' v'ſus.

Optimus ille quidem qui per ſeſe omnia noſcens.
Preceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit.
Ille bonus rurſum monitus qui recta ſequatur.
Qui nec ipſe videt: neq; credit recta monẽti.
Hic nulla i pre vtilis ẽ. S3 redeam⁹ vñ digreſſi ſum⁹ bonũ ⁊ felicitatẽ nõ abſq; rõe ⁊ mõ viuẽdi exiſtiare videẽt.

5 ¶ Quintũ capl'm de eo qđ op3 ĩcipere a poſteriorib⁹ natura: ⁊ nobis magis cognitis ad inueniendũ quid eſt felicitas: ⁊ ideo auditorẽ bñ duci cõſuetudinib⁹: vt facile habeat vel ſuſcipiat principia. Dixit.

Et non op3 vt nos lateat quid intereſt inter demõſtrationes q̃ fiunt ex principijs rerum primarũ. ſ. ⁊ inter demõſtrationes que ducũt ad cognitionẽ cauſaꝝ vult ꝙ inter eas ẽ differẽtia magna ſm ꝙ declaratum eſt in lib. demõſtrationis. ¶ B. Et pp̄ter hoc recte dubitauit Plato circa hãc intẽtionẽ: ⁊. d. vtrũ via que ducit ad pricipia eſt ſicut via q̃ a ductore exercitij i ſtadio rẽdit ad poſtremũ ſtadij: aut ecõuerſo. Verũtñ vl'r op3 vt incipiam⁹ in doctrina a reb⁹ manifeſtis. ¶ Res aũt iſte dupl'r ſunt: q̃dã eaꝝ ſunt manifeſte ſ3 nos tñ: ⁊ ſunt ille ex qb⁹ pcedim⁹ ad principia abſolute: ⁊ q̃dã eaꝝ ſunt manifeſte ſimpl'r: ⁊ ſunt ille que manifeſte ſunt ſ3 nos: ⁊ ſm nãm: ⁊ ex his equidẽ pcedim⁹ a priori ⁊ ad poſterius. In hoc aũt fortaſſis expediẽs eſt vt incipiam⁹ a rebus manifeſtis apud nos: vñ op3 eũ q vult inſtrui in reb⁹ pulchris ⁊ iuſtis ⁊ vl'r in reb⁹ ptinentib⁹ ciuilitati inſtructione ſufficiente vt ſint mores eius ſm ꝙ op3. Qui eniz talis fuerit in morib⁹ iam h3 ſciam haꝝ reꝝ: quare ſunt tñ ꝙ eſt principiũ ſcie rei: ſi aũt hic cõtent⁹ fuerit nõ ẽ indigens in virtute ſua ſcie: q̃re res eſt: ⁊ eſt principiũ qđ ordinat̃ poſt ſciam: q2 res eſt. Qui ergo fuerit talis in morib⁹ h3 pricipia ⁊ ſuſcipiet ea facile: dico principiũ q̃re: ⁊ pncipiũ pp qđ. Qui autem neutrã adoptationum habuerit. i. nec eſſe nec cãm animaduertat ſermonẽ poete | Idem p'o phy. t. c. 2.

dictãtis. Optimus eſt hoīuꝫ q a ſemetipſo intelligit quid expeditꝫ quī aũt ab altero hoc intelligit: eſt in via directionis: qui vero nec a ſe/metipſo intelligit/ nec ab altero recipit: hic vir eſt inutilis.

¶ Naꝫ vulgus qdē atqꝫ oneroſiſſimi voluptatē. Quapp ⁊ ipſi vitã adamãt voluptuoſaꝫ. Tres.n. ſunt maxīe pci pue illa quã nũc diximꝰ. Itē ciuilis. Tertia cõtemplatiua. Uulgus igiť oīno ſeruile videť vitã pecoꝝ diligēdo. Suſtētať aũt ob id quod pleriqꝫ in poteſtatibꝰ cõſtitui ĩſtar Sardanapali vitã agũt. Elegãtes aũt viri ⁊ rebus agēdis apti honorē. Hic fere.n. ciuilis vite finis eſt. Sꝫ videť leuioꝛ qꝫ is quē qrimꝰ finē: magiſqꝫ in honorãtibꝰ qꝫ in eo q honorať ꝯſiſtere. Nos aũt ꝓpriũ qddã ⁊ qđ le uiter auferri neq̃at ſummũ bonũ vacinatũ. Inſup honorē ſequi videnť vt ſe bonos eſſe cõfirmēt. Itaqꝫ a ſapiē/tibꝰ maxīe querũt: ⁊ apud illos q eos cognoſcũt: ⁊ vir/tutis cã laudari. Ptꝫ igiť qꝫtũ ad hos attinet virtutē eē potiorē: atqꝫ eã fortaſſe qſpiã ciuilis vite finē magis putabit. Sed vř hec ĩpfectioꝛ. Naꝫ ⁊ doꝛmire virtutē habētē ⁊ nõ opari in vita recipe vř: ⁊ ĩſup maxīa mala ad/uerſitateſqꝫ ſubire. Eũ vero q ita viuat nemo beatũ dicet niſi poſitionē cuſtodiēs: ⁊ de his qdē ſatis. Nã ⁊ in cozonis ꝺ his abũde dictũ. Tertia eſt ꝯtēplatiua vita ꝺ qua in ſequētibꝰ cõſiderationē faciemꝰ. Pecunijs vero intē/dens violentus quidē eſt. Ipſeqꝫ pfecto diuiſe nequaqꝫ ſunt id qđ querimꝰ bonũ. Utiles enim ⁊ alterius gratia. Itaqꝫ magis illa que ſupꝛadiximꝰ fines quis exiſtimet: qm̃ ꝓpter ſe expetunť: ſed apparet nec illa eſſe: qꝫuis multa verba in his conſumpta ſint.

6 ¶ Sextũ capl'm de hoc ꝙ vnuſquiſqꝫ eſtimat felicitatem ex ꝓpria vi/ta: ⁊ ꝙ tres ſunt vite famoſe. ſ. voluptuoſa: ciuilis: ⁊ contemplatiua. Quarũ primaꝫ ⁊ eius ſectatores oīno deſpicit. Opinãtes honorē eſſe finem ciuilis redarguit: oſtēdēs ꝙ nec virtus ipſius eſt/ nec diuitie: ⁊ tractatũ de contēplatiua vſqꝫ ad decimũ librũ ſuſpendens. Dixit.

Incipimus ergo ⁊ dicimus ꝙ homines in opinatione ſua de bono ⁊ felicita/te: quoniã exiſtimãt in vita ſcḋm ꝙ vident non deuiaue/runt a rectitudine. hec enim eſt res in qua conueniunt: ⁊ verũtamen vulgares ⁊ groſſi putant ꝙ hoc bonum ſit voluptas: ⁊ ꝙ vita ciuilis faciens lucrari felicitatem

eſt vita



eſt vita lucratiua voluptatis: ⁊ fiunt quideꝫ famoſi ꝓpterea ꝙ multi potentes ſup res regni ſimilanť Sardanapalo in ĩmergēdo ſe volu/ptatibus. Illi aũt qui ducũt vitam bonaꝫ ⁊ operatores ſunt actionũ nobiliuꝫ. ſ. qui pеligunt honeſtuꝫ eſtimãt bonum iſtud eſſe honoreꝫ: ⁊ ꝙ vita humana eſt ad lucrandũ hoc bonũ donec fere puteť ꝙ honor ſit finis gubernatoꝝ ciuitatũ: dico principes. ¶ Cũqꝫ exq̃ſite cõſide/rate fuerint vite vř ꝙ excellētiores earuꝫ ⁊ p̃pollentes ſint tres. vita voluptuoſa: ⁊ vita honoris: ⁊ vita cõtēplatiua. dico ſcḋm illos qui di/gnioreꝫ iudicãt contēplationē ⁊ virtuteꝫ. ¶ Uulgares aũt videmus ꝓpinquos ſeruis ⁊ eligentes vitam pecudũ in dicto ſuo: ꝙ finis vite humane ſit voluptas. ¶ Dicit vero eoꝝ q dixerũt ꝙ finis ſit honor appet corruptio ex eo ꝙ de re honoris: manifeſtũ eſt ꝙ ipſe vilior ē qſito bono p actuꝫ viuēdi humanũ. Ur. n. ꝙ honor potiꝰ eſt in honorãte qꝫ in honorato: dico bonuꝫ illud qđ eſt honor: bonũ aũt qđ ē felicitas nõ ē niſi ĩ actore ſuo: ⁊ pp̃ h̃ difficilis eſt ablatio eiꝰ ab ipſo. ¶ Ampliꝰ patēs eſt ꝙ multi illoꝝ q querũt honorē maxīe qrunt ipſuꝫ quatenꝰ per hoc affirmēt ſe eſſe bonos: ⁊ ideo querũt honoreꝫ ab intelligēti/bus: ⁊ ab his qui noti ſunt a virtute. Manifeſtuꝫ eſt ergo ſcḋm viam ipſoꝝ: qm̃ virtus melior eſt honore: quare fortaſſe eſtimanduꝫ eſt vir/tutem potius eſſe finem vite ciuilis qꝫ aliud: attamē inſufficiēs videť eſſe ⁊ hoc. Si eniꝫ ſic eſſet nullũ oporteret excuſare ſe a ſomno. Uide/mus eniꝫ ſe poſſe dormire hominē ⁊ habere virtutē. Et ſcḋm hanc etiã radicem poſſibile eſt ei vt ſit felix: ⁊ nihil operans tota vita ſua: aut laborans vel carens proſperitate in maioribꝰ rerum ſuaruꝫ. Et ma/nifeſtuꝫ eſt ꝙ nõ opinať aliquis de hm̃oi ipſuꝫ eſſe beatuꝫ: neqꝫ dicit hoc de tali niſi velit per hoc cuſtodire poſitionē vel radicē quam po/ſuit ⁊ credulitatē quã defendit: dico ſcḋm moduꝫ cõtradictiõis lingua ſua nõ corde. ¶ D. Et iam diximꝰ de iſtis rebus in dictis noſtris fa/moſis quãtuꝫ ſufficit. ¶ De vita autē tertia ⁊ eſt vita cõtemplatiuoꝝ perſcrutabimur in poſtremo. ¶ D. Lucrum aũt ⁊ diuitie: manifeſtuꝫ eſt ꝙ non ſunt bonuꝫ qđ queritur per regimen ciuile: vtilia quidē eniꝫ ſunt ad aliud: ⁊ nõ queruntť niſi ꝓpter aliud: felicitas autē nõ queri/tur niſi ꝓpter ſe: quare predicta potiꝰ eſtimãda ſunt fines non eſſe: cũ non querãtur ꝓpter ſe: ⁊ ideo locuti fuimus multũ de eis in alio loco: ⁊ oſtendimus fedum eſſe dictum dicentis eas eſſe fines: oportet ergo vt relinquamus illa.

Honor potius ē in honorãte qꝫ in honorato.

¶ His igiť omiſſis/ de vl'i forſan videre p̃ſtabit: ⁊ quē/admodũ dicať ingrere: qꝫqꝫ hec q̃ſtio pardua ſit ob amicos q ideas introduxerũt. Sed p defenſione veritatis ēt propria impugnare oportere, preſerim phos magis forſan exiſtimanduꝫ eſt. Naꝫ cuꝫ ambo ſint amici piũ eſt veritateꝫ in honore preferre. Huius opinionis latores nõ ponebant ideas: in qbus prius ⁊ poſteriꝰ dicebať. Itaqꝫ nec numeruꝫ ideaꝫ cõſtituebant. Bonum autē diciť ⁊ in eo qđ quid eſt: ⁊ in eo qđ quale: ⁊ in eo quod

Pro defenſiõe veritatis ēt ꝓpria impugnare opꝫ.

Margin note beside the second paragraph of the left column: Tres vite famoſe.

Qđ ꝑ ſe eſt atq; ſb̃a eſt prius eſt nã q̃ id qđ eſt ad aliqđ.

ad aliqđ. Qđ vero per ſe atq; ſubſtãtia prius eſt natura: q̃ȝ id qđ ad aliquid eſt: natura id tanq̃ȝ adiacens qddã: ⁊ accidens ſubſtãtie videtur eſſe. Quare in his quideȝ nequaq̃ȝ cõis foret quedaȝ idea. Preterea cuȝ bonum tot modis dicaꝛ quot modis diciꝛ ens: nam ⁊ in eo qđ quid. Ut deus ⁊ mẽs: ⁊ in quali virtutes ⁊ in quãto mẽ ſuratuȝ: ⁊ ad aliqđ vtile: ⁊ in tpe occaſio: ⁊ in loco dieta: ⁊ alia hmõi manifeſtũ eſt nõ cõe eſſe vl'e ⁊ vnũ. Nõ. n. in oĩbus: ſed in vno dũtaxat p̃dicamẽto diceretꝛ Plato cuȝ eoꝛuȝ que ſm̃ vnaȝ ſunt ideaȝ vna ſit ſciẽtia certe ⁊ bonoꝛũ oĩuȝ vna ſciẽtia foret: nunc aũt ſunt plures etiã eoꝛuȝ que ſub vno predicamẽto ſunt. Seu tpis quideȝ in bello res militaris: in moꝛbo medicina: in laboꝛibus gymnaſtica. Ambigat vero quiſpiaȝ quid dicere velint ipſuȝ qđq;: ſiquideȝ in ipſo hoĩe ⁊ in hoĩe vna atq; eadeȝ rõ hoĩs eſt. Qua eniȝ hõ nihil differenꝛ: ꝙ ſi ita nec qua bonuȝ: ſiquideȝ nec magis albuȝ id qđ diuturnuȝ q̃ȝ id qđ vnius diei. Probabilius autẽ videnꝛ dicere pythagoꝛici ĩ oꝛdine bonoꝝ vnũ reponũt: quos ⁊ Speuſipp⁹ ſequi videtur. Ueruȝ de his diceꝛ alio loco. Ex illis vero que ſupꝛadiximus dubitatio quedã ſuboꝛta apparet qm̃ de vniuerſo bono ſermo habebaꝛ: ⁊ que nos ꝓpter ſeipſa appetimus atq; optamus ſm̃ vnaȝ ſpẽm dicunꝛ. Que vero hec efficiunt aut cuſtodiunt nõ ꝯtraria pꝛohibent ꝓpter illa dicunꝛ ⁊ alio modo. Cõſtat igiꝛ bifariam dici bona: alia ꝓpter ſeipſa: alia ꝓpter illa. Que ergo ꝓpter ſe bona ſunt ab vtilibus ſeparantes cõſideremus ſi ſm̃ vnam dicantur ideam. Sed que ponenda ſunt ꝓpter ſe bona. An ꝙ ſola licet quis perſequitur veluti ſapere videre: ⁊ voluptates quedã ⁊ honores. Naȝ hec ⁊ ꝓpter ſe bona aliud ſequamur: tamẽ ⁊ ꝓpter ſeipſa in bonis quis reponat an nihil aliud quicq̃ȝ preterq̃ȝ ideam. Itaq; ſuperflua ſpecies erit. Sin autẽ ⁊ hec ſunt pp ſe bona: eandeȝ in cũctis rõneȝ boni extare opoꝛtebit: queãdmoduȝ albedinis in niue ⁊ ceruſa. Honoꝛis

Bona alia pp ſe: alia ꝓpter alia.



autẽ ⁊ pꝛudentie ⁊ voluptatis alie atq; diuerſe ſunt ratiões qua bona ſunt: nõ eſt ergo bonũ cõmune aliquid ſm̃ vnam ideaȝ: queãdmoduȝ ergo dicũtur: neq; eniȝ ſimilia videnꝛ his que foꝛtuito equiuoca ſunt. Sed. vȝ. ex eo: q2 ab vno ſunt: aut q2 ad vnuȝ cuncta conterminant: vel ſm̃ potius analogiã. Ut eniȝ in coꝛpoꝛe viſus in anima mẽs ⁊ aliud certe in alio. Sed hec foꝛtaſſe relinquẽda nunc ſunt. Nam trite diſcutere alteri⁹ eſſet philoſophie magis. ſimil'r autẽ de idea. Si eiȝ vnũ quiddam eſt qđ cõmuniter de omnib⁹ dicaꝛ bonuȝ: aut ſeparabile aliquid per ſe clarũ eſt id nõ eſſe tale qđ ab homine agi: vel poſſideri queat. Nunc aũt tale aliqđ queritur. ¶ At foꝛte alicui videri põt melius eſſe idipſum cognoſcere gratia illoꝝ bonoꝝ que agi poſſideriq; poſſunt. Nam ſi hoc tanq̃ȝ exemplar habuerim⁹ magis intelligem⁹ que nobis ſunt bona: intelligẽtes vero adipiſcemur. ¶ Hec verba ſuaſionẽ continẽt quãdaȝ: ſed ſciẽtijs diſſonare videtur. Nam ille quidẽ omnes bonum affectãtes: ⁊ qđ deeſt perquirẽtes cognitionẽ hui⁹ pretermittũt. Atqui tantũ ac tale auxiliũ a cunctis artificibus ignoꝛari: nec perquiri abſurduȝ eſſet. nec vero apparet quid cõferat textoꝛi: aut fabꝛo ad artem ſuaȝ ſi ſciuerit quid ipſuȝ ſit bonuȝ: aut qđ medicus vel de re militari peritioꝛ fuerit ſi ideaȝ ipſam contẽplatus ſit. Neq; eniȝ iſto modo ſanitatẽ cõſiderare videꝛ medicus: ſed hominis ſanitatẽ: imo foꝛte huius: naȝ ſingulis medeꝛ: ac de his quidem ſatis.

¶ Septimuȝ capitulum de vniuerſali bono ⁊ idea ſi eſt aliquid tale: ⁊ ſi ad illud reducẽduȝ particularioꝛa bona: vt ad perfectiſſimuȝ qđ non eſſe quoquo mõ oſtendit prius: deinde qm̃ ſi eſt nõ vt operabile: neq; practicis actibus illius cognitio cõfert ad ꝑfectionem: lȝ aliqualiter cõferre videaꝛ. Dixit. 7.

De bono autẽȝ vniuerſali qđ opinãtur quidam beatitudinẽ eſſe meli⁹ viſum eſt nobis vt hoc ſcrutemur ⁊ cõſiderem⁹ qualiter ſe hȝ: quãuis inquiſitio de ipſo grauis ſit nobis ꝓpter hoc ꝙ qdaȝ amicoꝛũ noſtroꝛuȝ dixerũt ideas eſſe. Uerũtamẽ viſum eſt nobis melius eſſe vt obſeruem⁹ veritatem: ⁊ expendam⁹ ꝓprietatẽ ſermonũ nr̃oꝝ in ei⁹ defenſionẽ

q̄n fuerit neccíuʒ hoc nobis ēt ſi nō ꝯſitemur ꝑhiaʒ: quāto magis ip/
ſam ꝯſitētes ⁊ dignissimā iudicātes ⁊ anteponētes. Eteīʒ q̄n fuerint
nobis duo amici diſſidētes quoꝝ alter veritas veritati ꝯſentiēdum.

Ponentes ideas nō poſuerūt eas ī reb⁹ in qb⁹ eſt pri⁹ ⁊ poſterius.

❡ D. Qui aūt hanc tenuerūt opinionē. ſ. ponēʒ ideaꝝ nō poſuerūt
eas exiſtere in rebus in qbus eſt prius ⁊ poſterius ineſſe: ſed in rebus
vnius ordinis ineſſe: ⁊ ideo nō poſuerūt ideas. verūtn̄ ex dictis eoꝝ
ſequit̄ vt ſint idee in hmōi rebus. ſ. coordinatis: cuʒ bonuʒ vl'e dicat̄
de ſb̄a/ ⁊ de quali/ ⁊ de relatō: eſtq̄ ſb̄a relatiōe prior naturalr̄: plura
n. q̄ ſunt relatiōis que vident̄ nō hr̄e eſſe niſi in aīa: ⁊ de multis eoꝝ
manifeſtum eſt ꝙ ſunt res accn̄tes alteri: qđ ita ſit neq̄ horum erunt
idee cōes extra aīaʒ. ❡ Amplius bonū his modis dicit̄ qbus ⁊ ens.
bonuʒ eniʒ dr̄ de ſb̄a queadmodū de deo ⁊ intellectu ꝙ eſt bonus: ⁊
dr̄ de quali vt de virtute: ⁊ de quāto vt de equali: ⁊ dr̄ de relatione vt
de cōferēte: ⁊ dr̄ de tpe vt de hora cōueniēte: ⁊ dr̄ de loco vt de habi/
tatione. Eodē mō de reliqs rebus: de qbus dr̄ nomē ens. vʒ. de. x. p̄/
dicamētis. Cuʒ igit̄ nomē boni ſynonyme dicat̄ nomini entis: dicet̄

Ens ⁊ bonū ſūt noia ambigua.

ambigue de. x. p̄dicamētis. i. nō ſm intētionē vnā quā pticipēt. x. p̄/
dicamēta: manifeſtū ē ꝙ nō ē hoc bonū vnū cōe vl'e. Si. n. ſic eēt nō
diceret̄ de oībus p̄dicamētis: ſed de vno ipſoꝝ tm̄. Naʒ nā vna cōis
nō eſt niſi in p̄dicamēto vno: ⁊ cū nō ſit h̄ nā cōis oīb⁹ reb⁹: tūc nō eſt
hec idea vlis. i. ex aīam vna ſm ꝙ videbat hic Plato. ❡ D. Ampli⁹
ſcīa qdeʒ eoꝝ q̄ in vna ſunt idea vna eſt ſcīa: ſi ergo bonoꝝ oīuʒ vna
eēt idea/ eēt eoꝝ oīuʒ vna ſcīa. nō eſt aūt ſic. Sed nos īuenim⁹ bonis
q̄ ſunt in vno p̄dicamēto ſcīas plures vt hore ꝯueniēti. eſt. n. in p̄dica
mēto q̄n: verūtn̄ ſcīa hore ꝯueniētis in bello ptinet ad artē bellādi: ⁊
cōueniētis in medicatiōe ptinet arti medicine. Sicq̄ eſt de ſcīa tpati
ꝙ eſt ad aliqd: ſcīa aūt quidē eius indicta ptinet arti medicine: ⁊ in
labore ptinet ſcīe exercitioꝝ. ❡ D. verūtn̄ dubitatoris eſt vt dubitet
in hoc ⁊ dicat: q̄m nō eſt hic bonū niſi bonū pticulare: ⁊ termin⁹ boni
particularis/ ⁊ vlis eſt vnus: vt termin⁹ hoīs pticularis ⁊ vlis. eteniʒ
ſicut nō eſt dr̄ia inter vtrūq̄ ineſſe hoīeʒ. ſ. inter pticulare ⁊ vl'e: ſic ſe
hʒ in bono vli ⁊ particulari: ⁊ cū ſic ſit nō eſt dr̄ia inter bonū ⁊ bonuʒ
ſ. vl'e ⁊ pticulare: niſi ꝙ vnū eoꝝ eſt ꝑpetuū. ſ. vl'e: ⁊ alterū nō ꝑpetuū:
⁊ non facit longitudo tpis in vno eoꝝ: ⁊ breuitas eius in altero nec io
diuerſitatē. i. in ſb̄a eoꝝ in magis ⁊ min⁹: neq̄ in forti⁹ ⁊ debilius vt

Albū longi tpis non eſt magis albū albo breuis tēporis.

in albo longi tpis. ipſuʒ. n. nō eſt magis albuʒ albo breuis tpis. ❡ D.
Et vr̄ ꝓbabili⁹ eē ꝙ dixerūt in hac intētiōe pythagorici. ſ. ꝙ ē idea
cōis ſepata q̄n poſuerūt ꝙ hec idea q̄ eſt bonū abſolutū eſt ipſuʒ vnū: ⁊
⁊ ſilr̄ ſecut⁹ eos in hoc Speuſipp⁹ qdā ali⁹. ❡ D. Uerūtn̄ ſpeculatio
ineſſe idee vlis alteri⁹ eſt ſcīe. In hac autē nr̄a q̄one vr̄ eſſe dubitatio
quedā ex hoc ꝙ pōt qs dicere: q̄m ſermo ī quo arguiſtis bona eē mul/
ta eſt de oī bono: q̄ſitū aūt hoc nō eſt oē bonū: ſed bona que ſunt bona
per ſe: ⁊ hec dn̄r ſm vnam ſpēm. Illa aūt que dicūtur cū his p modū
equocatiōis ſunt factiua hoꝝ ⁊ cuſtoditiua aliquo modoꝝ: aut ꝓhi/
bitiua ꝯtrarioꝝ: de his. n. nō dr̄ ꝙ ſint bona niſi gr̄a iſtoꝝ. ſ. que ſunt
bona p ſe. ❡ D. Sed cū ſit maīfeſtū ꝙ bona dicunt̄ ſm duos modos
ſ. bona p ſe: ⁊ bona gr̄a iſtoꝝ. i. vtilia ad hoc: ⁊ ſit qdē ꝑſcrutatio hec
de bonis q̄ ſunt bona p ſe: tūc oʒ vt ingram⁹ de iſtis bōis an ſint ī vna
idea: an nō. dicim⁹ ḡ ꝙ nō credit aliqs ꝙ hec ſint bōa p ſe niſi bona q̄



querunt̄ ſm ſuā ſingularitatē: ⁊ q̄n in ſe diſtinguit̄ vt intell'ꝰ ⁊ ſpecu/
latio: ⁊ quedā voluptates ⁊ honores: has eteīʒ res ⁊ ſi q̄ram⁹ ſm viaʒ
dicentiū ideas gr̄a rei alterius. ſ. idee: tn̄ pōt qs ſm modū aliquē po
nere in bonis p ſe niſi ſit ita: ꝙ nō ponat aliqđ bonū p̄ter q̄ ideā: erit
ergo ſpēs inanis: dico ꝯpoſitū ex mā ⁊ forma. Si aūt fuerint bona hec
ex bonis p ſe: dico cōpoſita: ⁊ ſit bonū in ipſis vnū opʒ vt ſit termin⁹
boni in eis vnus: ⁊ idē ſicut termin⁹ albi q eſt vn⁹ in niue ⁊ in ceruſa
⁊ in alijs rebus albis. ſ. nō diuerſificat̄ termin⁹ albi ex eē ſuo in niue
⁊ in ceruſa. ❡ D. Manifeſtū vero eſt ꝙ diffōnes iſtoꝝ bonoꝝ triuʒ q̄
ſunt bona p ſe dico honorē: intellectū: voluptatē: altere ſunt ⁊ diuerſe
ſm ꝙ bona: ⁊ cū ita ſit nō hn̄t bonū cōe eis idea vna: ita ꝙ dicatur
nomē boni de ipſis vniuoce: neq̄ ēt dr̄ de eis pure equoce: ita ꝙ nihil
habeāt cōitatis niſi in noīe ſolo. Illa. n. que ſic ſe hn̄t nō pticipāt niſi
ſolam dictionē: cōueniēti⁹ aūt eſt vt nomen boni dictū de ipſis ſit ex
ſpēbus pticipatiōis que noīat̄ ambiguitas: ſi ſit vt nomē ambiguū
qđ dr̄ de reb⁹ multis: aut q: veniūt oīno ab intētione vna: aut q: ten/
dunt ad finē vnū: aut q: dicunt̄ de reb⁹ multis ꝯſilib⁹ ſicut eſt nomē
p̄ncipij qđ dr̄ de corde in aīali ⁊ de fundameto in pariete. eſt. n. cōpa/
tio cordis ad aīal ſicut cōpatio fundamēti ad parietē. ⁊ ſilr̄ nomē pfe
ctionis dictū de intellectu ⁊ ſenſu: eteīʒ habitudo intell'ꝰ ad aīaʒ eſt
ſicut habitudo ſenſus ad corp⁹: ⁊ dignius his trib⁹ bonis eſt vt ſit no
men boni dictū de eis ſm vīā que dr̄ de ꝓportionalib⁹. ❡ D. Opʒ aūt
vt dimittam⁹ hāc ꝑſcrutationē in hoc loco: alteri⁹. n. inq̄ſitionis eſt:
vult ꝙ ſint artes logices vel ꝑhie pme. ❡ D. Et ſilr̄ ſermo de ideis ⁊
inueſtigatio de ipſis inquātū ſunt idee/ ptinet ſcīe alteri. vult ꝑhiam
primā. ❡ D. Qđ aūt hic appet eſt q̄m ſi fuerit bonū q̄ſitū noīatū. vʒ.
felicitas res erit per ſe nō cōe p̄dicabile de nobis aut ſepatū. naʒ cōe
illud bonū nō eſt īuenibile nec acq̄ſibile. Nos aūt in hoc loco qdē in/
quirim⁹ bonū potēs acq̄ri a nobis. ſ. opabile p voluntatē: cū ſit qdeʒ
h̄ ſcīa ſpeculēs in rebus: quarū p̄ncipiū eſt volūtas. i. cui⁹ inuētio ꝑ/
tineat nobis. ❡ D. Fortaſſis aūt putabit qs ꝙ bonū acq̄ſibile meli⁹
inuenietur qdeʒ q̄n cognitū fuerit bonū vl'e qđ ſe hʒ ad bonū qđ eſt acq
ſibile ad modū exēplaris qđ hn̄tes eram⁹ in cognitōe rei pfectioris.
Et q̄n ſciuerim⁹ bonū qđ eſt tanq̄ exemplar boni qđ eſt poſſe haberi a
nobis eram⁹ potētiores ad ei⁹ inuētionē. ❡ Dico aūt ꝙ ſi aliqd ꝓba
bilitatis hʒ ſmo iſte: verūtn̄ h̄ aſſertio diſſonare vr̄ ei ſm ꝙ ſe res hʒ
in oībus ſciētijs ⁊ artib⁹: dico dictū dicētis ꝙ h̄ ſunt bona vlia: q̄ ſunt
exēplaria vniuſcuiuſq̄ exiſtētis bonis: ⁊ q̄n nō ſcit res iſtas q nō ſci/
uerit vl'e illius rei ſicut nō ſcirem qui nō ſciuit exēplar eius: videm⁹
eīʒ in oībus ſciētijs nō inquiri in totalitate earū niſi vt ſciat̄ res igno
rata in tali ſcīa queſita p demr̄ationes iam pfecte habet̄ ſcīa eius: ⁊ ſi
nō ſciatur vl'e illud qđ eſt exēplar ipſius: ⁊ eius idea. ſ. quā dixerunt
ponentes ideas: ⁊ ſi ſic eſſet tunc cōditionaret̄ in cognitione rerū ſpe/
culatiuarū: neq̄ etiā excuſatio omnib⁹ artibus ⁊ omnib⁹ ſciētijs igno
rantie quid cōferat auxilij in notitia artiuʒ ⁊ ſcientiarū cognitio ip/
ſius. Eteniʒ de natura artiuʒ naturaliū ⁊ ſcientiarū eſt vt nō occulte/
tur ei hmōi auxilij quātitas: ⁊ ne ignorent eam. ❡ Intendo q̄m non
oporteret ignorari a textore ⁊ a carpētario quātuʒ cōfert ſciētia idee
vlis artis ſue ad ſciēdum artem ſuā neq̄ a medico: q̄m ſit magis me/

Nō diuerſificat̄ terminus albi ex eē ſuo in niue ⁊ in ceruſa.

Nota hic diuerſos gradus ⁊ modos analogie. vide. 4. met. t. cō. 2.

Sermo de ideis inquātuʒ ſūt idee ptinet ad p̄mā ꝑhiaʒ.

Hec ſcīa ſpeculatur res q̄rū p̄ncipiū eſt volūtas.

dicus intendēdo ad ideam medicine vniuerſalē: neq̨ a duce exercitus: qm̄ ſit perfectius factuȝ eius qn̄ ſpeculatus fuerit hanc ideam. Sed de notis eſt: qm̄ medicus nō ſpeculat̄ in ſanitate iſto modo: nō indiget in cognitiōe ſanitatis vt ſpeculetur formaȝ ſanitatis vniuerſalem: imo certe ſpeculatur in ſanitate hominis compoſiti: intelligo ſpeciem ⁊ non in ſpecie tantuȝ: verum in ſanitate hominis p̄ticularis ſignati. ſ. ſortis vel platonis: qm̄ certe medet̄ indiuiduū nō ſpēȝ.

De notis ē qm̄ medic⁹ nō ſpeculat̄ formā ſanitatis vl'em in medēdo. Idē i p̄hemio meta.

¶ Rurſus vero ad id qd̄ querimus bonuȝ quid tandē ſit redeamus. Videtur eīȝ aliud in alia menſa atq̨ arte exiſtere: ſiquideȝ aliud in medicina: aliud in re militari aliud item in alijs. Quid ergo in ſingulis erit bonum: nōne id cuius gratia fiunt cetera. Eſt autē hoc in medicina ſanitas: in re militari victoria: in architectura edificium. Item in alio aliud. In omni deniq̨ actu ⁊ inſtituto id qd̄ finis eſt: nam huius gratia cetera fiunt. Quare ſi vnus aliquis omniuȝ agibiliuȝ finis eſt: id certe eēt ſummuȝ in agendo bonuȝ: ſin autē plures plura. Tranſcendens certe in ideȝ recidit ſermo. Sed conandū eſt etiā magis hoc declarare. Cum ergo cōſtet plures eſſe fines ⁊ quoſdaȝ ex his aliorū gratia experi ceu diuitias fiſtulas omniaq̨ inſtrumēta: p̄ȝ nō cunctos eſſe perfectos. At qd̄ optimū ſit perfectū eſſe cōſtat. Quare ſi vnū aliquid ⁊ ſolum perfectuȝ: id certe eſſet qd̄ queritur: ſin plura id qd̄ eoruȝ perfectiſſimū eſt. Perfectius autē dicimus id qd̄ ꝓpter ſe expetibile eſt: q̄ȝ id qd̄ p̄p aliud: ⁊ id qd̄ nunq̄ȝ ꝓpter aliud, q̄ȝ ea ⁊ ꝓpter ſe ⁊ ꝓpter alia expetūtur: ⁊ ſimpliciter id quideȝ perfectuȝ qd̄ ꝓpter ſe expetēdum eſt: nec vnq̄ȝ ꝓpter aliud. Talis autē felicitas maxime videt̄ eſſe: nam eam quideȝ ſemper ꝓpter ſeipſam nec vnq̄ȝ ꝓpter aliud expetim⁹. Honoreȝ vero ⁊ voluptateȝ ⁊ mentem atq̨ omnē virtutē: tum ꝓpter ſeipſa expetim⁹: tum ꝓpter felicitatē. per illaȝ nāq̨ beatos fore nos credim⁹. Ipſam vero felicitatē neq̨ ꝓpter illam neq̨ oīno ꝓpter aliud quiſq̄ȝ expetit. Videt̄ autē ⁊ ex ſufficiētia idem probari. Perfectū enim bonū per ſe ſufficiens videtur eſſe. Sufficiens autē dicimus non ſibi ſoli vitam ſolitariam viuenti: ſed parētibus ⁊ natis ⁊ vxori ⁊ amicis ⁊ ciuibus etiā qn̄ natura hō ciuilis eſt. Sumendus tn̄ eſt in his quidā terminus ne ſi ad natos natoꝝ ⁊ amicos amicoꝝ extendat̄: in infinituȝ fiat progreſſus. Sed de hoc aliter cōſiderandū erit. Sufficiens aūt per ſe ponimus qd̄ vel ſolū vitā ſufficientē ⁊ optabilem ac nullius indignam preſtat. Huiuſmodi aūt putamus eſſe felicitatē. Inſuper oīuȝ maxime expetibilē nō cōnumerataȝ. Nam ſi cōnumeret̄ clarū eſt cuȝ minimo bonoꝝ magis eſſe expetendā: cuȝ bonoꝝ accumulatio ſit quicq̄d adiungit̄ in bonis: ſemper aūt maius ſit expetendū. ¶ Perfectū ergo quiddaȝ ⁊ ſufficiens per ſe vr̄ eſſe felicitas agibilium finis exiſtēs.

Perfectius ē qd̄ p ſe expetibile ē, q̄ȝ id qd̄ expetibile ē ꝓpter aliud.

Bonū i ſingulis eſt id cuius gr̄a cetera fiunt.

In bonis ſp̄ maius eſt expetēdū.

8

¶ Octauum capitulū in quo redit ad querendū quid eſt finis ⁊ ſummuȝ operabiliū bonoꝝ oſtēdens ꝙ ſi eſt omniū operatoꝝ vnus finis qui perfectus ⁊ optimus: ⁊ ſemper ꝓpter ſeipſum: ⁊ nunq̄ ꝓpter aliud eligibilis eſt: ipſe eſt bonum qd̄ querit̄: ⁊ ꝙ tale vr̄ felicitas: eo ꝙ alia etiā ꝓpter ſeipſa eligibilia eligimus ⁊ ꝓpter hāc: hanc aūt nunq̄ p̄p aliud. Et iterū ex per ſe ſufficiētia ⁊ maxime eligibilē eſſe non cōnumeratam idē oſtēdit. ſ. ꝙ felicitas eſt extremū ⁊ p̄p ſeipſum ſolum eligibile perfectū ⁊ ſufficiens finis operatoꝝ. D.

quorūcūq;. Sed de his quidē ſatis: ⁊ nutritiuā omittendū: q2 humane virtutis expers eſt. vr̄ ⁊ alia quedā nā animi irrōnabilis eſſe particeps: tñ aliquatenus rōnis. Cōtinentis enim ⁊ incōtinens rōnē ⁊ animi id qđ rōnē hʒ laudamus. Ratio em̄ ⁊ ad optima ꝓuocat. apparet aūt ⁊ aliud qddā ꝑter rōneʒ illis ineſſe qđ repugnat reſiſtitq; rationi. Ut em̄ reſolute corꝑis partes ſi ad dextrā mouere velis in ſiniſtrā feruntur. Sic ⁊ in animo in cō/trariū ferunt̄ cōtinentiū appetitus. Sʒ in corporib⁹ qui/dem cernimus id qđ ꝑuerſe mouet̄: in aīo v̄o nō cernimus. Sʒ nihilominꝰ putandū in aīo quoq; eē aliqd preter rōneʒ qđ huic aduerſat̄ ⁊ obuiat. Qualr̄ aliud nihil differt rōnis: ⁊ hoc vr̄ ꝑticeps vt diximus. Itaq; paret rōni cōtinenti: forte ēt magis obediēs eſt intēperato ⁊ forti. Oīa em̄ cōſonant rōni. Videt̄ ḡ ⁊ irrōnabile du/plex aliud vegetabile nō ꝑticeps rōnis: aliud cōcupiſcibile ⁊ oīno appetibile: in tantū particeps inquantū illi obediēs atq; obtēperās eſt. Sic itaq; patris ⁊ amicoꝝ dicimus rōneʒ hr̄e: non aūt vt mathematicoꝝ. Q̄ autē perſuadet̄ quodā mō a rōne id qđ irrōnabile eſt admonitiones increpatiōes cohortatiōeſq; ſignificāt. Si aūt dicere opʒ hāc quoq; partem habere rōneʒ: duplex erit rōnem habēs: aliud ꝑncipalr̄ ⁊ in ſeipſo: ⁊ aliud tanq̄ patri obediens quiddam.

18 ¶ Decimūoctauū capl'm de aīa inquantū ſufficit ad preſens negociū in quo diuidit aīam in irrōnabilē ⁊ rōneʒ hn̄s: irrōnabile vocās plantatiuū qđ relinquendū dicit ſicut expers humane virtutis: rōnē vero habēs diuidit in id qđ ꝑncipaliter in ſeipſo hʒ eam: ⁊ id qđ participatione hʒ eam. i. in per ſe rōnale ⁊ ſenſitiuū qđ natuʒ eſt rōni obedire ⁊ qđ ſc̄m ſe cōſideratum eſt irrōnabile ⁊ rōni rebellans: vnde ſicut duplex eſt rōnem hn̄s: ſic duplex irrationale. Dixit.

ETiam dictū eſt in ſcīa nāli de diſpōnibus aīe in quo eſt ſufficiētia: ⁊ opʒ vt quibuſdā illo/rum vtamur hic. i. quibus indiguerimus. Diximus ḡ qm̄ quiddā aīe eſt irrōnale: ⁊ quiddā eius rationale. ¶ D. nō indigemus aūt in hac ꝑſcrutatiōe in̄ cui⁹ via ſumus inq̄ſitiōe an ſint diſtincta vt mēbra corporis: ⁊ vt oīs res diuiſibilis: aut ſint rōne. i. diffōne duo ⁊ indiſtincta n. i. ſubo: ⁊ cōuexuʒ ⁊ gibboſuʒ in arcu circulari: hec em̄



ꝑſcrutatio ꝓpria eſt ſcīe nāli: ⁊ rōnabile eſt qđ eſt vegētatiuū. ſ. plantatiuū. ¶ Et intelligo per plātatiuū partē aīe q̄ eſt cā nutrimēti ⁊ cremēti: ⁊ h̄ vis ex virib⁹ aīe eſt in oīb⁹ q̄ nutriunt̄. ⁊ eſt inuenta in embrionib⁹ ⁊ in aīalib⁹ ꝑfectis: ⁊ hoc qdē eſt ita eo ꝙ hec vis ꝑmitus eſt in his reb⁹ abſq; alijs. ¶ Dixit. Apparet aūt ꝙ huic potētie eſt v̄tus cōis quā participāt plante ⁊ aīalia: ⁊ pp hoc nō eſt humana ⁊ de mēbro aīaliū in quo eſt hec vis: ⁊ ꝙ operat̄ per hāc vim qđ operet̄ per ipſaʒ in hora ſomni ⁊ vigilie. partis aūt aīe q̄ bonū operat̄ ⁊ malū fere nō manifeſtat̄ actio hora ſomni vt illius: ⁊ ideo dr̄ ꝙ nō eſt drīa īter felices ⁊ infelices in dimidio vite ipſoꝝ. ⁊ hoc rectū eſt ꝓpea ꝙ ſomnus eſt ociū aīe illius de q̄ dr̄ ꝙ eſt v̄tuoſa aut vitioſa niſi ſint qdā motuū ei⁹ pertrāſeuntes in corꝑe paulatiʒ ad vim rōnalem vel rememorationē partis nutritiue aīe. ⁊ ſiāt pp hoc phātaſmata bonoꝝ hora ſomni meliora phātaſmatibus maloꝝ. ¶ D. ⁊ iam locuti fuimus de iſtis reb⁹ quantū ſufficit: ⁊ opʒ vt relinquamus potentiā aīe nutritiuā: expers em̄ eſt v̄tutis humane. ¶ D. Videt̄ aūt ꝙ ſit anime hoīs nā alia quedā irrōnalis participās tñ rōnē aliquo modoꝝ. ⁊ hoc eo ꝙ exaudibilis eſt rōnis ⁊ obediēs ei. ⁊ pp hoc laudatur qui cōtinet aīam ſuā a voluptatib⁹: quēadmodū laudat̄ q cōtinet rōneʒ ſuam ⁊ partē aīe ſue rōnalē. Qui em̄ talis eſt direct⁹ eſt ⁊ inquiſitor eſt rerū pertinentiū v̄tuti. Et appet qm̄ in nobis eſt aliqd aliđ ꝑter partē ra/tionalē ꝯtrariās rōni ⁊ ducēs ad diuerſuʒ partis ad quā ducit rōnalis: ⁊ accidit aīe in hac diſpōne ſil'e ei⁹ qđ accidit mēbris paraliticis qñ volumus ea mouere ad aliquā partē ⁊ ipſa inclinant̄ ad aliaʒ: ta/lis em̄ eſt diſpō iſtius aīe cū aīa rōnali. Rōnalis nāq; qñ voluerit mouere v̄ſus rem aliquā ⁊ fuerit vis cōtraria ei vincens mouebit ad cō/trariū illi⁹ rei. ⁊ pp hoc erūt motus eoꝝ q nō cōtinēt aīas ſuas a voluptatibus ad ꝯtrariū rectitudinis ſicut eſt diſpō in mēbro paralitico. niſi ꝙ mot⁹ mēbri inordinati motī ī corꝑe eſt res mota. Videmus em̄ eū oculatim: in aīa aūt nō videmus oculatiʒ ſenſu. Verūtñ fortaſſis opʒ vt ſciamus ꝙ in aīa eſt aliqd diuerſuʒ rōni ꝯtrariās ei ⁊ cōtradi/cens nō minus q̄ in corꝑe credim⁹ eē motiōes ꝯtrariātes motionib⁹ nālibus: eteniʒ vt eq̄ res ſenſibiles ſunt ⁊ hec eadē ps eſt illa de cuius nā eſt vt obediat rōni ducēti ipſam ⁊ fortaſſis in caſto ⁊ forti facilius cōſentit ⁊ obedit rōni in eo ꝙ opatiōes ei⁹ ⁊ oēs ꝯueniētes ſunt rōni. ¶ Cūq; ſic ſe habeat res tūc palā eſt ꝙ illa q̄ eſt nō rōnalis ex partib⁹ aīe eſt duobus modis: plantatiua que nō participat rōne aliquo modoꝝ ⁊ cōcupiſcibilis q̄ participat rōne ſc̄m ꝙ obedibilis eſt ei nālr̄: ⁊ ex his q̄ ſignificāt ſup hoc ꝙ obedibilis eſt ei nālr̄. Et ex his q̄ ſignifi/cant ſup hoc ꝙ obedibilis eſt rationi eſt īpreſſio quaʒ facit in nobis re/dargutio: ⁊ cum eſt effectus in nobis redargutiōis ⁊ exhortationis ⁊ amotionis ⁊ reprehēſionis ⁊ caſtigationis: ⁊ pp hoc manifeſtū eſt ꝙ qñ attribuimus rōnē aīe hoc eſt ſʒ duos modos q̄rū vn⁹ dr̄ ēe ⁊ p ſe ⁊ eſt pars apprehēſiua iudicatiua: ⁊ altera eſt ps obediēs huic ⁊ eſt illa pars cui accidit ex pte rōnis ſil'e ei qđ accidit filio de obediēdo patri ⁊ obeditioni ei niſi fuerit: neq; nāliter ⁊ eſt filius rebellis.

¶ Diſtinguit̄ ⁊ virtus ſc̄m hāc drīam. Dicimus. n. illaruʒ quaſdam eſſe intellectiuas: quaſdaʒ vero morales.

Sapientiā quidē ⁊ ſolertiā ⁊ prudentiā intellectiuas: liberalitatē autem ⁊ modeſtiam morales vocamus. Loquentes enim de moribus nunq̄ꝫ dicim⁹ q꜠ ſapiens aut ſolers: ſed q꜠ modeſtus ⁊ mitis. Laudamus ⁊ ſapientē ſm̄ habitum. Habituum vero eos qui laudabiles ſunt virtutes appellamus.

¶ Decimūnonū cap. d̄ diuiſiōe v̄tutis ĩ ſpeculatiuas ⁊ actiuas. Dixit

19 Virtus ergo primo diuidit in duas virtutes quarꝫ vna eſt intellectualis ⁊ eſt apprehēſiua. Altera vero obediētialis ⁊ eſt virtus moralis ⁊ ſapiētia ⁊ prudētia: ⁊ intelligētia ſpēs ſunt ĩtellectualis. Liberalitas vero ⁊ caſtitas ⁊ que his ſimilant̄ ſpēs ſunt moralis. ¶ Et hm̄oi ſignū eſt qm̄ dicim⁹ de morib⁹ hoīs non dicimus de eo qm̄ ſapiens aut intelligēs: ſꝫ qm̄ humilis / aut caſtus: ſapiēs aūt laudat̄ ſm̄ induſtriā ſciētialē quā hꝫ: ⁊ vlr ꝙ fuerit ex habitib⁹ aīalib⁹ laudabile nominam⁹ virtutes. ¶ Et hic terminat̄ interſo hui⁹ tractat⁹ ⁊ eſt prim⁹ iſti⁹ libri: vt ſint grates deo donatori ſapientie ⁊ largitori felicitatis.

¶ Ariſto. Stragy. Lib. Scḋs Ethicorū. Cap. primū.

Cum vero duplex ſit virt⁹: alia intellectiua: alia moralis. Intellectiua q̄dē plurimū ex doctrina g̃nationē hꝫ atqꝫ augmētū, quapp experiētia indiget ⁊ tpe. Moralis aūt ex aſſuetudine fit. vn̄ ⁊ nomē hꝫ parūper a more declinās. Ex quo manifeſtū ē nulla moraliū virtutū nā̄ nobis ineſſe. Nihil. n. eorū que nā̄ ſunt aliter aſſueſcit: veluti lapis cuius nā̄ eſt vt deorſuꝫ ferat̄ nunq̄ꝫ aſſueſceret ſurſuꝫ ferri. Nā ſi millies illū q̄s aſſuefaciēdi gr̄a in altū p̄jiciat̄: neqꝫ ignis deorſuꝫ: neqꝫ aliud quicq̄ꝫ ex his q̄ alr̄ nata ſunt alr̄ aſſueſcent. Neqꝫ natura ergo: neqꝫ p̄ter naturā inſunt nobis virtutes: ſed ſum⁹ nos ad illas quidē recipiendas natura apti: pficimurqꝫ per cōſuetudinē. ¶ Preterea que natura nobis inſunt eorum potentias prius ferimus: poſterius vero actus reddimus qḋ in ſenſibus manifeſtuꝫ eſt. Non enim ex eo ꝙ ſepe audiuimus ſenſum accepimus: ſed contra habentes vſi ſumus nō vtentes habuimus. At virtutes acquirimus operando prius queadmodum ⁊ in alijs

Virtutes morales nō ſunt a nā̄. Nihil eoruꝫ q̄ a nā̄ ſunt alr̄ aſſueſcit

Ea que a nā̄ nobis inſūt eorū potentias pri⁹ ferim⁹ poſterius actus reddimus.



artibus. Que enim opꝫ poſtq̄ꝫ didicerimus facere ea faciendo addiſcimus ceu fabricando fabri: ⁊ cytharaꝫ pulſando cythared̄i. Sic iuſta agēdo iuſti: ⁊ modeſta modeſti: ⁊ fortes fortia efficiūtur. ¶ Teſtatur id qḋ fit in ciuitatibus: nam latores legum aſſuefaciendo ciues bonos efficiūt: ⁊ ꝓpoſitū quidē oīs legiſlatoris hec eſt. Quicunqꝫ vero ex illis hoc non bene agunt / aberrant. Idqꝫ inter bonā rēpub. malāqꝫ intereſt. Inſuper virtus atqꝫ ars ex iiſdem atqꝫ per eadem fit / corrupiturqꝫ. Ex pulſatiōe enīꝫ cythare boni ⁊ mali fiunt cythared̄i. Eodēqꝫ modo comedi ⁊ fabri ⁊ alij oēs. Bene fabricandi boni erunt fabri: male autē mali. Qḋ niſi ſic eēt doctore nō indigeret. ſed oēs boni aut mali eſſent. ſic ⁊ in virtutib⁹ res ſe hꝫ. Agēdo. n. que in cōmercijs hoīum verſant̄ vel iuſti vel iniuſti euadimus agēdo que in periculis ⁊ cōſuetī metuere aut fidere fortes vel timidi ſum⁹. Simili modo in his que circa ꝯcupiſcētiā: ⁊ in his que circa irā alij tēperati ⁊ faciles: alij intēperati ⁊ iracundi: ꝑut hoc vel illo mō vt in illis fit. Ac vt vno cōprehēdam verbo ex ſimilib⁹ actibus habit⁹ fiunt. Itaqꝫ vidēdū eſt quales actus edam⁹. nā q̄les illi ſunt tales habit⁹ ſubſequunt̄. nō parū igit̄: ſꝫ plurimū imo totū refert hoc vl̄ illo mō ſtatim ab adoleſcētia conſueſcere.

Ex ſimilib⁹ actib⁹ habitus fiunt.

¶ Determinatio huius tractatus ſecūdi de libro Nichomachie Ariſtotelis incipit.

¶ Primū caplm̄ ꝙ neqꝫ nā̄ neqꝫ p̄ter nām eſt virtus eoꝙ ex doctrina vt intellectuales vel ex conſuetudine vt morales fiunt nobis inatis ipſas ſuſcipere: ⁊ iterū eoꝙ natura nobis aduenerit hoꝝ potētias ⁊ habit⁹ prius habitis opationib⁹. In virtutib⁹ aūt fit econuerſo. Et adhuc eoꝙ ex eiſdē opatiōib⁹ bn̄ vel male factis: ⁊ p eaſdē opatiōes bene vel male factas fit ⁊ corrūpit̄ oīs virtus. vnde tanq̄ potiſſima colligit̄ nō parū differre ſic vel ſic confeſtim a iuuene aſſuefieri. Dixit.

Cum itaqꝫ virtutes ſint duorū modoꝝ: intellectualis. vꝫ. ⁊ moralis. Intellectualis plerūqꝫ ⁊ fit ⁊ auget̄ in nobis p doctrinaꝫ: ⁊ ideo indigemus in cōprehēſione eius exercitatione multa ⁊ ſpacio tēporis longi. Moralis vero cōprehēdit̄ p aſſuefactionē. ⁊ pp hoc greci deriuant nomen moris a noīe cōſuetudinis eliterantes ipſum de litteratione notitiam faciēte ſicut currit cōſuetudo in nominibus deriuatiuis. ¶ D. Et fieri aūt vi

rutū acqſitione per cōſuetudinē.ſ.per exercitationē in actiōib⁹ ea⁊
appet: qm̄ nulla virtutū moraliū īuenit̄ in nobis per nām. ¶ Nul/
lius enim rei per naturā exiſtentis cōtrariū acquiret̄ per aſſuetudinē.
Lapis eniꝫ qui naturalr̄ deorſuꝫ deſcēdit ꝗuis quis ꝓijciat ipm̄ ſur
ſum vicibus vt innumeralib⁹ quarū nō cōprehēdit multitudo volens
per hoc aſſuefacere ipm̄ inoueri ſurſum nunꝗ̄ habebit poſſibilitatē in
hoc.⁊ ſimilr̄ ignis nō eſt poſſe vt recipiat ꝑ aſſuetudinē diuerſum mo/
tionis ſue.⁊ vlr̄ nihil eorum que naturalr̄ habēt actū aliquē poſſe eſt
per cōſuetudineꝫ recipere diſpōnem a qua ꝓcedit actus alius ab illo
actu naturali qui eſt ei⁊ ſi eſſet nobis aliqd̄ virtutū vel vitiorū na/
turalr̄ tunc nō eſſet nobis poſſe acquirere oppoſitū per aſſuefactionē.
Cūqꝫ ſic ſit tunc virtutes nō ſunt in nobis ſm̄ naturā neqꝫ preter na/
turam.ſ.inuolūtarie vel coacte:ſed nos nāti ſumus ad earū receptio/
nem ⁊ cōprehenſionē earū in nobis per aſſuetudineꝫ. ¶ Amplius oē
qḋ in nobis exiſtit naturalr̄ primit⁹ exiſtit in nobis ꝑ potentiā: deīde
erit nobis ad poſtremū per ſeipm̄ exiſtēs per actū nō ex parte noſtre
electiōis:intēdo ꝙ nō erit nobis eoꝙ nos aſſuefacim⁹ ipm̄ ſicut ſe hꝫ
in virtutib⁹:⁊ hoc manifeſtū eſt in ſenſib⁹.eteniꝫ ipſi fiunt primit⁹ in
nobis potentia ⁊ tandē cōuertunt̄ in nobis ad actū ex ſe:hm̄ōi exem
plum eſt ꝙ hō primit⁹ vidēs eſt potētia:deinde fit vidēs actu nō eoꝙ
viderit multotiēs:⁊ ſilr̄ ſimus audiētes actu poſtꝗ̄ fuimus audiētes
potētia:nō eo ꝙ aſſueuerim⁹ auditū.i.ꝙ audiuerim⁹ multotiēs.ſꝫ res
eſt ecōuerſo:intēdo ꝙ nos vtimur eis eoꝙ exiſtūt in nobis nō ꝙ exi/
ſtant in nobis ex vſu earū. Uirtutes aūt inueniunt̄ nobis poſtꝗ̄ nos
fecerimus eas multotiēs ſicut eſt in reliquis artibus operatiuis intē/
do ꝙ acqrit̄ quidē nobis ars per aſſuefactionē operū artis: ⁊ ꝓpter
hoc addiſcim⁹ res quas facim⁹ poſtꝗ̄ primit⁹ fecerim⁹ eas:vt edifican
tes erimus edificatores:⁊ cytharizātes erimus cythariſte: ⁊ qn̄ facti
fuerim⁹ edificatores ⁊ cythariſte edificabim⁹ ⁊ cytharizabim⁹ ſm̄ ꝙ
opꝫ. ¶ Et hec eſt dr̄ia inter actionē primā ⁊ ſcd̄aꝫ:⁊ ſilr̄ faciētes res
iuſtitie erim⁹ iuſti:⁊ faciētes res caſtitatis erim⁹ caſti: ⁊ faciētes res
fortitudinis erim⁹ fortes. ¶ D. Et atteſtat̄ huic qḋ videm⁹ cōtingere
in ciuitatib⁹. Uidem⁹ eniꝫ ꝙ poſitores legū ꝑ hoc ꝙ aſſuefaciūt ciues
de actiōe boni faciūt eos fieri bonos:⁊ hec eſt voluntas ⁊ intētio om
nis legiſlatoris niſi ꝙ qui nō decēter fecerit hic peccat.⁊ ꝑ hoc diuerſi
ficatur ciuilitas bona a ciuilitate mala. ¶ Dixit. Amplius virtus oīs
equidē fit bona aut mala ex reb⁹ vnis eiſdē ⁊ per res vnas eaſdem:⁊
ſilr̄ oīs.v.g.Bonus in ꝑcutiēdo cytharaꝫ ⁊ in alijs in hoc nō fiunt ta
les niſi ex pre ꝑcutiēdi cytharā:⁊ ſilr̄ ſe hꝫ in edificatoria ⁊ in ceteris
artificijs. Eteniꝫ ex edificatōe bona bonus fit edificator:ex mala ma
lus:nā ſi nō ſic eſſet nō indigeret̄ doctore in aliquo intēdo ꝙ doctor
docet diſcipulū actionē bonā atquā cū fecerit diſcipulus fit ab eo actio
bona in illo artificio:⁊ ſi nō eſſet res talr̄ eēnt oēs aut ꝑfecti in artib⁹
aut imꝑfecti in eis intēdo ꝙ nō inuenirent̄ in eis ambo modi ſimul.
Cūqꝫ ſic ſe habeat res in artib⁹ erit ſilr̄ in virtutib⁹. Cōuerſationē.n.
ad ſeinuicē faciētes hoīes qdā fiunt iuſti actōes iuſtitie faciētes:t aliꝭ
aūt iniuſti actiōes iniurie agētes:⁊ hoc mō ſe hꝫ res circa pericula.
Cōuerſantiū eniꝫ inter res timoroſas: quidam fiunt fortes: alij vero
timidi:⁊ ſilr̄ exercitatōe in actionib⁹ cōcupiſcētie⁊ ire: fiunt quidam



caſti māſueti ⁊ humiles:⁊ quidā incōtinētes:ꝓterui:⁊ iracūdi:⁊ fiunt
equidē tales ex cōuerſatione ſic vel ſic in rebus hm̄ōi. Et vlr̄ habitu/
dines aīales nō fiunt nobis niſi ex parte operationū.⁊ ꝓp hoc opꝫ vt
currāt oꝑationes noſtre mō debito. Eteniꝫ ſm̄ diuerſitatē oꝑationuꝫ
eſt ꝙ ſequit̄ ipſas ex diuerſitate habitudinū:⁊ ꝓp hoc nō differt modi/
cuꝫ vt aſſuefaciāt hoīeꝫ a pueritia ſua ad oꝑatiōes bonas aut malas
ſed multū differtiſſimo eſt tota dr̄ia in habitudīe hoīs. Cap. 2.

Um igit̄ preſens opus nō cōtēplatiōis gra L
tia fiat queādmodū cetera. Non.n.vt ſcia/
mus quid ſit virtus: naꝫ ſic nulla eius foret
vtilitas:ſed vt boni ſimus ꝑſcrutamur ne/
ceſſariū eſt de actib⁹ videre qualr̄ agere il/
los opꝫ.nam in illis cōſiſtit quales ſint habitus oſtēdi.
Oportere igit̄ ſm̄ rectā rōneꝫ agere cōmune eſt ⁊ ꝑſuppo
ſitū nobis exiſtat. Que aūt recta ſit rō ⁊ quō ad alias ſe
hꝫ virtutes dicet̄. Illud prius a nobis cōfeſſum exiſtat
ꝙ oīs de reb⁹ agēdis ſermo quaſi per figurā quādā ⁊ nō
per exactā diſcuſſionē tractari dꝫ. Quia vt ab initio di/
ximus ſm̄ mām ſermones ſunt exigēdi. At in reb⁹ agē
dis vtilibuſqꝫ nihil firmū neqꝫ ſtabile eſt vt etiaꝫ nec in
ſanis. Cūqꝫ hec habeat vniuerſum genus multomagis
de ſingulis res nulla certitudo tradi poteſt:cū neqꝫ ſub
artem neqꝫ ſub ꝓfeſſionē aliquā cadāt:ſꝫ opus eſt vt hi
q agāt ſemp ad tp̄s cōſiderēt ceu in medicina ⁊ nauiga
tione. Sꝫ quāqꝫ ita ſit tn̄ conādū eſt auxiliū ferre. Pri/
mum igit̄ idē cōſiderandū eſt qḋ iſtorū ea natura eſt: vt
de defectu exceſſuqꝫ corrūpant̄:ceu in viribus ac ſani/
tate videmus. Opꝫ eniꝫ ꝓ obſcuris clara exēpla indu/
cere. Exceſſus eniꝫ ac defectus laborū vires corrūpūt.
Eodē modo cibi ⁊ pot⁹ nimis magni: aut nimis parui
ſanitatē corrūpūnt. moderati faciūt:augent: cōſeruant.
Sic igitur in fortitudine/ac temperantia ⁊ alijs virtuti/
bus. Qui cuncta fugit ac formidat ⁊ nulli reſiſtit timi/
dus eſt. Qui vero nihil oīno formidat ſꝫ aduerſūs om
nia vadit temerari⁹. Itē qui omni voluptati potit̄ nec
vlla ſe abſtinet intēperās eſt. Qui vero oēs fugit inſtar
agreſtiū īſenſibilis qdē eſt. Corrūpit̄.n.tēperātia ⁊ for/

Secdm mā
ſubiecta ſer
mones ſūt
exigendi.

ostendit. ar. q ope
ratio nes q causant
[illegible] et saluant
eam debent com
sistere in medio
sup abum dantie
et defectus que nad
modu fuunt et
gene rant [illegible]
corporales et sanj
tas corporalis pro
quo uide tho. 1. 2.
q. 5. 1. et 3. et aposto
lum sit rō nabile
ob sequium [illegible]

q ibi qui ipso omnes fugit videtur ex isto sex sequi q [illegible] tas et paup tas
p uo sum [illegible] no sunt [illegible] pbat q [illegible] omnes ueneras delectatio
nes fugit et p conse quēs no opera [illegible] medium sed [illegible] ex tre mum
Respodet q tales opera tio nes sunt in medio ro nis recte q recta
ro dicat aliquj semp ab omi delecta tione uene rea asti nere et abondomj
q illa operationes sunt in medio rej nec hoc requirit ad [illegible] p quo
uide tho. 2a 2e q. 152 ar. 2.

titudo ab exceſſu ac defectu: a medio autē ſeruatur: nec ſolū generatiōes ⁊ augmēta ⁊ coꝛruptiones ex eiſdē ⁊ ab eiſdem fiunt: verū etiā operationes in iiſdem erunt. nam ⁊ in alijs que euidētioꝛa ſunt idē accidit velut in viribus. Fiunt vires ex capacitate multi cibi ac ex tolerātia multoꝝ laboꝛū: ⁊ hoc maxime facere robuſtꝰ pōt. Sic ⁊ in virtutibꝰ abſtinēdo a voluptatibꝰ tēperati efficimur: facti autē maxime poſſumus abſtinere.

2 ¶ Scōm caplm de eo qđ opꝫ ſcrutari q̄ circa opatiōes qualr operādū eſt eas. ſ. ſꝫ rectā rōnē ⁊ ꝙ habitꝰ nati ſunt coꝛrūpi ab idigētia ⁊ ſupabūdātia opationū fieri: aut augeri ⁊ ſaluari ab eaꝝ cōmēſuratōe ⁊ ꝙ ecōuerſo ex habitibꝰ fiūt cōpꝛopoꝛtiōales ipſis opatiōes. Dixit.

Cum itaq; nō ſit intētio nr̄a in hoc libro intētio ſpeculatiōis ⁊ ſcie tm̄: quēadmodū in libꝛis alijs ſꝫ intētio opationis: pſcrutatio. n. noſtra in ipſo nō eſt vt ſciamꝰ qđ eſt virtus tm̄: ſꝫ vt operemur eam ⁊ boni fiamus: alr enī nō eēt nobis in ſcia ipſiꝰ vtilitas opꝫ neceſſario vt pſcrutemur de actionibꝰ qualr eſt nobis operādū eas. Nā quēadmodū diximꝰ ſm eaꝝ diuerſitatē diuerſificabunt aīe diſpōnes. ¶ D. ponamꝰ igit radicē vlē eis cōem: ⁊ eſt: qm̄ actōes faciēdū eſt ſm rōnē rectā: ⁊ dicemus in poſtremo que eſt illa diſcretio recta ⁊ qualis eſt habitudo ſua ad reliquas virtutes. ⁊ ponamꝰ etiā ꝙ totꝰ ſermo qui dicit in oībus iſtis nō dicit niſi ſm viā deſcriptōis: nō ſm viam vltime pſcrutatiōis. intēdo q̄ cōprehēdat plurimū rei vt diximus a pncipio ſcriptiōis: qm̄ certitudo ſermonis in oī re opꝫ vt ſit ſm mām ipſius: h aūt mā mutabilis eſt: ⁊ hoc qm̄ res effectiue virtutū ⁊ pficiētes nō hn̄t aliquid firmū ſm diſpōnē vnā ſicut ēt eſt diſpō in rebus effectiuis ſanitatis. Etenim ex ipſis nō eſt aliqđ firmitatē hn̄s ſm diſpōnē vnā: cūq; ſit res ī vlibus q̄ ſunt in hac ſcia iſto mō qm̄ nō tolerant certificatiuā inqſitionē pp ſui mutabilitatē: potius eſt ſic in particularibus. ſ. ꝙ non eſt poſſ in eis certificatoꝛia inqſitio: qm̄ nō ſunt cōpꝛehēſa neq; arctata ſub arte neq; ſub pcepto vno. ⁊ neceſſe eſt agēti ſemp vt ſpeculet in expediēti ex ipſis in illa hoꝛa in qua ipſe eſt: ſicut ſe hꝫ in medicina: ⁊ in arte nautarū: verūtamen ⁊ ſi ſit ſermo ille in cuius via ſumus currēs hoc curſu: tn̄ opꝫ ſm diſpōnē aliquā vt dicamꝰ qualr ſpeculandū: ⁊ vñ incipiēdū in ſpeculatiōe. Dicimꝰ ergo qm̄ primū qđ ponimꝰ huic ſpeculationi eſt ꝙ de nā vniꝰ ⁊ eiuſdē actꝰ eſt vt coꝛrūpat ex additiōe ⁊ diminutiōe. Et opꝫ vt ſignificemꝰ ſup hoc qđ occultat ex hac intētiōe in aliqua rerū: ⁊ p hoc ꝙ appet ex eis in qbuſdā earū vt ꝙ videmꝰ in foꝛtitudine ⁊ ſanitate. Etenī exercitia ſupfluētia ⁊ deficiētia coꝛrūpūt foꝛtitudinē: ⁊ ſilr cibus ⁊ potꝰ ſupfluētes ſup id qđ opꝫ: aut diminuti ab eo qđ expedit coꝛrūpūt ſanitatē. Cōmēſurati aūt ꝯſeruāt ſanitatē ⁊ augmētant: ⁊ ſilr eſt in caſtitate ⁊ foꝛtitudine ⁊ ceteris virtutibus. qui enī fugit ab omni re ⁊ timet ipſum ⁊ nō tolerat aliquid hic eſt timidus: qui autē non timet aliquid penitus nec terretur ab ipſo hic audax eſt: medius aūt in hec foꝛtis eſt: ſilr qui oēm voluptatē reſpuit: ⁊ qui omni voluptati expoſitꝰ eſt neuter hoꝛum hꝫ caſtitatē. cū itaq; ſic ſe habeat res virtutes quidē coꝛrūpunt ex ſupfluitate ⁊ idigētia: cōſeruat aūt eas mediocritas. ¶ Dixit. ⁊ nō diuerſificant quidē diſpoſitiōes ſolū ex parte vſitatiōis rerū earūdem vſitatiōe diuerſificata. ſed actiones que vſitant in rebus vnis vſitatiōe vna diuerſificantur ēt ex parte acceptiōis diſpoſitionū pꝛeter illas actiōes. ⁊ hoc euidēs eſt in rebꝰ illis qui ſunt magis manifeſte apud nos q̄ res iſte. V. g. virtus coꝛpoꝛalis acquirit ex acceptione multi cibi ⁊ tolerantia multi laboꝛis. ⁊ qn̄ facti fuerimꝰ vigoꝛoſioꝛes erimꝰ potētioꝛes ad vſitationē laboꝛis multi ⁊ cibi multi: ⁊ talis eſt diſpō in virtutibꝰ. Etenī caſti fimus ex retrahēdo nos a voluptatibꝰ ⁊ qn̄ facti fuerimus caſti erimus potētioꝛes ad retrahēdum nos a voluptatibꝰ: ⁊ iſto mō ſe hꝫ in foꝛtitudine. Nam qn̄ aſſueuerimus vilipendere terribilia timoꝛoſa fimus tolerātes ea: ⁊ qn̄ facti fuerimus toleratoꝛes earum erimus potentioꝛes ad eoꝛum vilipenſionem. Caplm 3.

Significatio autē habituū vel voluptate aut moleſtia que facta ſequit dephendi cōuenit: qui abſtinet a coꝛpoꝛeis voluptatibus ſi ob hoc ipſū gaudet tēperās eſt: ſin moleſte fert intēperās. Item qui pericula ſubit ⁊ gaudet aut certe non dolet foꝛtis eſt. Qui vero dolet, timidus. Circa voluptates. n. ⁊ doloꝛes virtꝰ moꝛalis cōſiſtit. nā pp voluptatē ipꝛoba facimus: ⁊ pp moleſtiā bn̄ facere omittimus. Itaq; ab ipſa adoleſcētia inſtitutos eſſe cōuenit: vt Plato inqt. vt pꝛo qbus oꝫ gaudeamꝰ ac doleamus: h. n. recta ē diſciplina. Pꝛetera ſi virtutes ſunt circa actus ⁊ affectus: Oēm vero actum ⁊ affectū ſequitur voluptas aut doloꝛ. Virtus circa voluptates ⁊ doloꝛes erit. Oſtendunt hoc pene que ppterea infligunt: ſunt enī medicine quedā. Medicinarū aūt ea eſt natura vt per cōtraria fiant. Pꝛopterea vt ſupꝛadiximꝰ omnis habitus animi ad illa ⁊ circa illa naturā hꝫ que talia ſunt vt illū melioꝛē aut deterioꝛē efficiāt. Sꝫ p voluptates ⁊ doloꝛes praui fiunt ſequēdo ⁊ fugiēdo vel quas nō opꝫ vel quotiens aliter a rōne talia perſcribantur. Quapꝛopter virtutes diffiniūt trāquillitates quaſdā ⁊ quietes: nō tn̄ bene: qđ ſimplr dicunt: ſed nō vt oꝫ: ⁊ vt nō opꝫ: ⁊ qn̄: ⁊ quotcūq; alia adiungunt. Subeſt igitur virtutē eſſe circa voluptates ⁊ doloꝛes optimoꝛū opa/

Oēm actus aut affectū ſequit voluptas aut doloꝛ.

tricē. Uiciū aūt cōtra. Pꝛobat ēt id qͦ cū tria ad capien dum repudiādūqꝫ ꝯſiliū ptineāt honeſtū: vtile: voluptarium: ⁊ tria his ꝯ̃ꝛia turpe: inutile: moleſtū. Bonꝰ qdeꝫ hec oīa recte cōſequit̃: malus vero aberrat: ſed circa voluptatē pꝛecipue. Hec. n. cōis eſt aīantibꝰ: ⁊ cūcta que ī electionē cadunt ſubſequit̃. Nam ⁊ honeſtū: ⁊ vtile iocundū vr̃. Cunctis ēt nobis a pueritia ſimul educata ē: quapp arduū eſt hanc reꝫ inſitā penitꝰ vite noſtre reijcere. Regimꝰ aūt actꝰ noſtros alij magis minꝰ ꝑ voluptatem ⁊ doloꝛē. Ob hoc igit̃ neceſſe eſt totū negociū circa illas verſari: nō parū eſt. n. ad res agēdas pꝛobe aut impꝛobe letari: aut dolere. Inſup difficilꝰ eſt voluptati repugnare q̃ꝫ ire: vt Heraclitꝰ inquit. Circa difficilioꝛa vero ſemp ars/ virtuſqꝫ cōſiſtit. Nā bene in hoc melius eſt. Itaqꝫ ob id quoqꝫ circa voluptates ⁊ doloꝛes totuꝫ negociū eſſet virtutis ⁊ ciuilis ēt facultatis. Nam q bene his vtitur bonꝰ erit: qui male malus. Eſſe igitur virtuteꝫ circa voluptates ⁊ doloꝛes: ⁊ ex quibus fit eiſdem augeri: atqꝫ aliter factis coꝛrūpi: ⁊ circa illa operari ex qbus fit: ſatis dictum eſt.

Circa difficilioꝛa ſemper ars virtuſqꝫ cōſiſtit.

3 ¶ Tertium capituluꝫ ꝙ ſignuꝫ habitū eſt ſuperueniēs voluptas vel triſtitia operibus eo ꝙ circa voluptates ⁊ triſtitias eſt moꝛalis virtꝰ: qͦ pꝛobat per male operari ꝑꝑ voluptatē: ⁊ a bonis recedere ꝑꝑ triſtitiaꝫ. vñ opꝫ ꝯfeſtiꝫ ex iuuenibꝰ bene duci. Et itē per virtutes eē circa actus ⁊ paſſiōes qbꝰ ſequit̃ delectatio ⁊ triſtitia. Et tertio ꝑ penas que ſunt medicine peccātiū factas circa has. Et quarto ꝑr anime habitum natū fieri ab his deterioꝛē ⁊ melioꝛeꝫ: ex quibus colligit̃ virtutem moꝛalē eſſe circa voluptates ⁊ triſtitias optimaꝝ operatiuā. Et quinto per eligēda ⁊ fugiēda cadere ſub delectabile ⁊ triſte. Et ſexto per has paſſiones eſſe nobis ⁊ quodāmō cōnutritas: iōqꝫ difficile cōtritibiles ⁊ per regulari his operationes: ⁊ tandem per difficilꝰ eſſe voluptati pugnare q̃ ire. Dixit.

OPoꝛtet auteꝫ vt ponamꝰ ſignuꝫ exiſtētie diſpoſitionuꝫ virtualiū in nobis: hoc qͦ ſeqtur nos pꝛeſens operationes de voluptate ⁊ triſtitia. Etenim q2 ex retractiōe a coꝛpoꝛalibꝰ letatur habitū hꝫ a quo denominādus eſt caſtus: q vero ex retractiōe ab his triſtat̃ incaſtus. Simil'r qui tolerat pericula vehementia ⁊ eſt gaudēs cuꝫ his aut nō triſtis foꝛtis eſt: qui autē ſuffert ea ⁊ triſtat̃ ex eis ille timidus eſt: ⁊ quidē hoc fit: qm̄ virtus moꝛalis equideꝫ eſt vt placeāt hoī ea que opꝫ vt placeat ei: ⁊ diſpliceant ei que opꝫ vt diſpliceāt. Ideo ꝙ nos quidē facimus mala delectatiōis cā ⁊ retrahimur a bonis cā eius qͦ eſt in ipſis ex cōtriſtatione. ¶ Et ꝑꝑ hoc opꝫ queādmodū Plato dixit vt incedat̃ cum hoīe ex pueritia ſua via ducēte ipſuꝫ ad hoc vt gaudeat ī his in quibus eſt gaudendū: ⁊ triſtet̃ in his quibus eſt triſtāduꝫ. h enīꝫ equalis eſt ⁊ ſana doctrina. ¶ Amplius virtutes qdem exiſtunt in actionibꝰ ⁊ paſſionibꝰ. omnē aūt actionē ⁊ paſſionē ſequit̃ delectatio ⁊ cōtriſtatio: ⁊ ꝑꝑ hoc opꝫ vt ſit virtus circa delectationē ⁊ triſtitias. intendo vt ipſe ambe delectationes ⁊ triſtitie ſint ſm̄ ꝙ opꝫ. ¶ Et de his que ſuper hoc ſignificāt eſt ꝙ pꝛohibitio accidentiū maloꝛuꝫ ⁊ refrenatio ipſoꝛuꝫ: fit quideꝫ per iſtas ambas res: intendo per delectationē ⁊ triſtitiam quā ponunt illi de ciuitatibꝰ. Refrenatiōes enim ſiue reſiſtentie medicine quedā ſunt: medicine aūt nate ſunt fieri per cōtrariū: ⁊ ſicut ante diximꝰ vnaqueqꝫ ex diſpōnibꝰ aīe exiſtit in illis rebꝰ q̄ appꝛopꝛiant̃ illi diſpōni: ⁊ circa res a qbus illa diſpō innata eſt fieri peioꝛ ⁊ melioꝛ. U. g. diſpō anime noīata iuſtitia aut iniuſtitia īuenitur quideꝫ a rebus appꝛopꝛiatis vt poſſeſſionibꝰ ⁊ honoꝛibꝰ: ⁊ qñ ſimilatur iſtis ⁊ circa res iſtas verſatur: ⁊ hoīes quideꝫ fiunt deterioꝛes ꝑꝑ delectatiōes ⁊ triſtitias ſm̄ ꝙ requirūt ex ipſis qͦ non opꝫ: ⁊ faciunt hoc in hoꝛa in qua nō opꝫ: aut eo modo quo nō opꝫ: ⁊ v'r pꝛeter modum aliquē ex modis quos determinat intellectꝰ ſanus circa delectationē ⁊ triſtitiā. ¶ Dixit. Et ꝑꝑ hoc diffiniuerūt virtutes eē moꝛtē cōcupiſcentiaꝝ ⁊ quietē earū. nō fuit aūt recte dictū ſic abſolute ſed cuꝫ hac determinatiōe ſm̄ ꝙ opꝫ: ⁊ in hoꝛa qua opꝫ ⁊ cetera que excipiēda ſunt in hoc. ¶ Dixit. Iam igitur poſuimꝰ ꝙ virtus exiſtit in delectatione ⁊ triſtitia. intendo in hoc vt delectemur in quo opꝫ: ⁊ vt triſtemur in quo opꝫ: ⁊ patuit qm̄ ipſa operatiua eſt optimoꝛuꝫ malitia ecōtrario. ¶ Dixit. Et delectabunt̃ nobis iſta quoꝛuꝫ fecimus mentionem per hoc qͦ dico. ſ. ꝙ res quas eligimus ſunt tres: Decoꝛum ſiue decens: vtile ſiue expediens: delectabile ſiue voluptas: ⁊ hoꝛum cōtraria tria: indecens vel turpe: inutile vel dānoſuꝫ: cōtriſtans vel moleſtuꝫ: ⁊ bonus eſt ille qui in omnibꝰ his directus eſt: malus autē qui peccans eſt in oībus his ⁊ pꝛopꝛie in voluptate: intendo euꝫ qui delectat̃ non vt opꝫ: ⁊ hoc qm̄ delectatio cōis eſt omnibꝰ aīalibus. ⁊ ſequitur oīa ea que hñt eligētiam. i. eligibilia. eteniꝫ decēs ⁊ vtile eligibilia ſunt ⁊ delectabilia. ¶ Dixit. Et hoc quideꝫ difficile eſt nobis: intendit accidēs illud qͦ eſt delectatio ⁊ cōſequēs ipſius. ideo ꝙ exiſtit in nobis nāliter ⁊ eſt natuꝫ nobiſcuꝫ ⁊ cōnutritū nobis ab infantia. ⁊ ꝑꝑ hoc ſimus cōmēſurātes actiones: cōſequēſue delectationis ⁊ triſtitie: ⁊ quidā noſtruꝫ in hoc pꝛecellunt quoſdā. ⁊ opꝫ neceſſario ꝑꝑ oīa hec vt ſit nr̃a intentio in hoc libꝛo toto circa delectationē ⁊ triſtitiam: intēdo vt delectemur in quo opꝫ ⁊ triſtemur in quo opꝫ. non eniꝫ medicū differt delectari aut triſtari in qbus actionuꝫ opꝫ. ¶ Et iam palam eſt ēt qm̄ virtus eſt in delectatiōe triſtitiaꝫ: eo ꝙ circa delectationē difficilioꝛ eſt q̃ circa iraꝫ: queādmodū dixit. Heraclitꝰ ⁊ ars ⁊ virtus ſemp qdē ſunt in actiōe rei difficilis: ꝑpea ꝙ in ea eſt bonū ⁊ optimū. ſm̄ hoc g̃ oꝫ vt ſit intētio intēdētis virtutē ⁊ ciuilitatē in hoc lib. toto circa delectationē ⁊ triſtitiā: naꝫ q vſus fuerit iſtis ſm̄ ꝙ opꝫ erit bonꝰ: qui vero aliter q̃ opꝫ erit malus.

## ¶ Capitulum. 4.

Sed q̃reret fortaſſe q̇ſpiā queadmodū dicim⁹ ꝙ iuſta agendo iuſtos: ⁊ modeſta modeſtos fieri oꝫ. Nā ſi iuſta ⁊ modeſta agūt, iā ſūt modeſti ⁊ iuſti: ceu ſi grāmatica ⁊ muſica grāmatici ⁊ muſicı vel nō in artib⁹ ita ſe hꝫ. Naꝫ fieri pōt vt grāmaticū q̇d agaṫ fortuito ⁊ alio ſuppoſito: tūc igiṫ grāmatic⁹ erit cū grāmaticū aliq̇d ⁊ grāmatice faciet: h̄ eſt ſꝫ eā grāmaticaꝫ q̄ eſt in ipſo. Preterea neq̄ꝫ ſiṁe eſt in artib⁹ ⁊ virtutib⁹: naꝫ q̄ ab arte ꝓcedūt laudē in ſe hn̄t quare ſufficit illa ita exiſtere. Sed q̄ a virtute ita ꝑficiſcunṫ nō ſatis ē ſi ipſaꝫ iuſte quodāmō ſe hn̄t ⁊ modeſte aganṫ. Sed ſi agēs ita egerit. Prīo ſi ſciēs. Scd̄o ſi eligēs: ⁊ eligēs ꝓꝑ ipſa. Tertio ſi certo imobili iudicio agat. Ad ceteras vero artes habēdas nihil hoꝝ requiriṫ p̄terq̄ꝫ ſcia. At in virtutib⁹ ſcire ipſuꝫ parū eſt aut nihil. vti vero aut exercere plurimū: imo totuꝫ valet vtpote que ex frequenti actione iuſtoꝝ modeſtorūq̄ꝫ ꝓueniat. res. n. tunc iuſta ⁊ modeſta dr̄: qn̄ talis eſt qualē iuſt⁹ ⁊ modeſt⁹ ageret. Juſtus aūt ⁊ modeſt⁹ non qui hoc agit: ſed q̇ ſic agit vt iuſti ⁊ modeſti agunt. Bene igitur dr̄ ꝙ q̇s iuſta agendo iuſtus fit: ⁊ modeſta modeſt⁹. Nō agēdo aūt nullus vt bon⁹ ſit ne curare q̇dē vr̄: ſed pleriq̄ꝫ nō ita faciūt: veruꝫ ad verba diſputationēq̄ꝫ ꝯuerſi putāt ſe philoſophari: atq̄ꝫ ita viros bonos fieri: egrotos imitari: qui verba medicoꝝ audiūt quidem diligēter: faciunt aūt nihil ex his que precepta ſunt ſibi. Ut ergo illorum corꝑib⁹ nō bene erit qui ita curantur: ſic nec illoruꝫ animis qui ita philoſophantur.

In ỽtutib⁹ ſcire ip̄ꝫ parū aut nihil eſt.

4 ¶ Quartum capitulū in quo queriṫ qualiter iuſta ⁊ talia operantes iuſti ⁊ tales fiunt: eoꝙ ſi talia operātur iam tales eſſe vidētur queadmoduꝫ in artificibus eſſe videṫ. qd̄ ſoluit primo per interēptioneꝫ huius ſuppoſiti. ſ. ꝙ in artibus que operātur talia tales ſunt. ſecūdo per diſſimilitudinē artiū ad virtutes: q: in his que ab artib⁹ eſt bene in ipſis oꝑatis: que aūt ſm̄ virtutes hn̄t bene in operātib⁹. ſ. ſcire eligere ꝓꝑ hoc ⁊ firme ⁊ imobiliter ex quibus manifeſtat qn̄ res dicunturiuſte ⁊ hmōi: ⁊ ꝙ non ſufficit ſcire ad ſtudioſum eſſe. Dixit.



Jam ergo manifeſtuꝫ eſt: qm̄ virtus quideꝫ exiſtit in delectatione ⁊ triſtitia: ⁊ qm̄ ex quib⁹ fit ⁊ agetur ex his eiſdem corrūpitur ⁊ minuiṫ vſitata eas diuerſimode: ⁊ qm̄ agit poſtq̄ꝫ perficiṫ in rebus illis de quib⁹ generaṫ. ¶ Dixit. Et fortaſſis heſitabit quis ⁊ dicet: vnde opꝫ vt agat homo actiōes iuſtitie donec fiat iuſtus: q: iuſtitia ⁊ caſtitas non generanṫ niſi ab actibus iuſtitie ⁊ caſtitatis; ⁊ actus iuſtitie ⁊ caſtitatis nō inueniunṫ niſi a iuſtitia ⁊ caſtitate. Nos igitur dicim⁹ qm̄ oīs qui iuſta agit iuſt⁹ eſt: ⁊ qui caſta caſtus eſt; ſicut quicūq̄ꝫ ſcripturalia agit ſcriptor eſt: ⁊ qui actiones cantoris agit cantor eſt. ¶ Hec aūt heſitatio ſolniṫ per hoc qd̄ dico: ⁊ eſt; qm̄ res in artibus nō ſic ſe hn̄t neduꝫ in his que fiūt a virtutib⁹. intendo ꝙ nō quilibet qui agit actionē alicuius artis alicuius eſt de artificialibus illius artis. poſſibile enim eſt vt aliquis qui non eſt ſcriptor ſcribat litteram aliquam caſu; aut aliquam quā alius predeſcripſit ei: ⁊ hoc modo addiſciṫ ars ſcribendi: ⁊ fit quideꝫ homo ſcriptor nō qui fecerit quodlibet ſcripturaliū qualitercūq̄ꝫ: ſed qn̄ fecerit ſm̄ ꝙ ſcriptor faceret: intendo ꝙ faciat ſm̄ habitū ſcripturaleꝫ qui fit in ipſo. ¶ Amplius artes ⁊ virtutes in hac intētione nō ſe hn̄t vno mō. ⁊ hoc qm̄ bonitas reruꝫ accidētiū ab arte exiſtit q̇deꝫ a ſeipſis. ⁊ ꝓꝑ hoc ſufficit artifici ad bonitatē artificij ſui ſi res quaꝫ efficit fuerit ipſa bona. Rebus aūt fientib⁹ ſm̄ viā virtutum nō ſufficit vt in ſe ſint bone tm̄; ſed ⁊ vt faciētes ſint hn̄tes ſe aliqualiter. U. g. vt iuſta ⁊ caſta facientes aliqualr̄ ſe habeāt. Primo vt ſciant res quas faciēt. Secundo vt ſint electores earū per ſe. ſ. ꝓꝑ actiones ipſas. Tertio vt ſint firme habētes ſe nō mutabilr̄. i. vt perpetuēt actiones. Jſtarū auteꝫ conditionū nihil opponiṫ in artificijs preterq̄ꝫ vt ſit artifex ſciens ei⁹ qd̄ facit. conditiōes autē in qua cōicant artes virtutib⁹. ſ. ſciētie eius qd̄ agitur nō eſt neceſſitas in virtutib⁹ vt in artib⁹: ⁊ aut eniꝫ modicuꝫ indigeṫ ea in virtutib⁹ ⁊ minus q̄ꝫ in artib⁹: aut nō indigeṫ ea. Aliaꝝ aūt duarū cōditionū vtilitas nō eſt modica: imo in eis eſt tota vtilitas: ⁊ iſte due cōditiones acq̇runṫ quidē in virtutib⁹ ex frequēter agere actiones de q̇bus dr̄ ꝙ ſunt actiōes virtutū. U. g. Electio actionū iuſtitie ꝓꝑ ſeipſas ⁊ cōſtantia in ipſis acquiriṫ quidē ex frequēti reiteratione actionū: de q̇bus diciṫ ꝙ ſunt actiōes iuſtitie: ⁊ ſilr̄ acq̇rūtur quidē he due cōditiōes in caſtitate per reiterationē actionuꝫ; de q̇b⁹ diciṫ ꝙ ſunt ex actionib⁹ caſtitatis: actiones aūt iuſtitie ⁊ caſtitatis ſunt actiones que fluūt ſm̄ exēpluꝫ actionū iuſti ⁊ actionū caſti: ⁊ iuſtus ⁊ caſtus nō ſunt qui faciūt actiōes iuſtitie ⁊ actiōes caſtitatis ſꝫ modū ſm̄ quē faciunt ea nō iuſtus ⁊ nō caſtus. Siquidē igiṫ ex faciēdo actiones iuſtitie fit hō iuſtus: ⁊ ex faciēdo actiones caſtitatis caſtus: non erit aliq̇s hominū iuſtus abſq̄ꝫ eo ꝙ faciat actiones iuſtitie. neq̄ꝫ caſtus abſq̄ꝫ eo ꝙ faciat actiones caſtitatis. ¶ Dixit. verūtamē illi qui ſunt de numero pluriuꝫ nō faciunt has actiones: ſed nituntur ad ſciendū eas: ⁊ eſtimant per hoc ꝙ ipſi philoſophādo erunt ꝑ ſciam virtutis virtuoſi. ⁊ hoc factū ipſoꝝ ſimile eſt facto infirmoꝝ q̇ audiūt qd̄ precipiūt eis medici cū diligentia ⁊ ſtudioſe: ⁊ nihil tn̄ faciunt preceptorū. ⁊ ſicut illoꝝ corꝑa nō ſananṫ ꝑ hmōi regimē: ſic nec iſtorum anime per hunc philoſophandi modū rectificātur.

 

## Capitulum 5.

POſt hec aūt quid ſit virtus cōſiderandū eſt.
Cum igit̄ tria ſint que in aīa fiunt: affectus:
potētia: habitus: hoꝛuꝫ certe aliquid virtus
erit. Affectus quideꝫ voco cupiditatē: iram:
metuꝫ: audaciaꝫ: letitiaꝫ: amoꝛē: odiuꝫ: deſideriū: emu
lationeꝫ: miſericoꝛdiaꝫ: ⁊ vl'r illa que voluptas aut mo/
leſtia ſequit̄. Potētias aūt voco ſ̄m quas illa ſuſcipere
apti ſumꝰ: veluti ſ̄ꝫ quas iraſci poſſumꝰ aut dolere aut
miſereri. Habitꝰ aūt ꝑ quos bn̄ vel male ad effectꝰ nos
hēmus: veluti ad iraſcēdū ſi vehmēter aut remiſſe ma
le: ſi mediocriter bn̄. Eodē mō ⁊ circa alia. Affectꝰ ergo
nō ſunt neqꝫ virtutes neqꝫ vitia: qꝛ ſ̄m affectus nō dici/
mur boni vel mali. Secunduꝫ vritutes aūt ⁊ vitia dici/
mur. Et qꝛ ſ̄m affectus nō laudamur: neqꝫ vitupamur:
nō eniꝫ laudat̄ qui timet nec qui iraſcit̄. Neqꝫ vituperat̄
qui ſimpl'r iraſcit̄: ſꝫ qui certo mō. At ſ̄ꝫ virtutes ⁊ vitia
laudamur ⁊ vitupamur. Preterea iraſcimur ⁊ timemꝰ
ſine electione: virtutes aūt electiōes quedā ſunt: vel nō
ſine electiōe. Inſup ſ̄m affectꝰ moueri dicimur: ſꝫ ſ̄ꝫ vir
tutes ⁊ vitia nō moueri: ſꝫ certo mō diſpoſitos eē. Pro/
pter hoc ēt neqꝫ potētie ſunt: nā neqꝫ boni neqꝫ mali ex
eo dicimur qꝛ facere poſſumus ſimpl'r: neqꝫ laudamur
neqꝫ vituperamur. ⁊ ꝓpterea potētes ſumus natura: at
boni vel mali nā nō ſumus. Diximus aūt de hoc priꝰ. Si
ergo neqꝫ affectꝰ ſunt neqꝫ potētie reſtat vt habitꝰ virtu
tes ſint. Quid igit̄ virtus ſit general'r dictū eſt.

Virtꝰ hn̄teꝫ pficit ⁊ eius opꝰ bonum reddit.

Sed opꝫ nō ſolū mō ꝙ habitꝰ eſt: ſꝫ qualis ſit habitꝰ
dicere. Eſt ergo dicēdū ꝙ oīs virtꝰ idipſuꝫ cuiꝰ virtꝰ eſt
bn̄ ſe hn̄s pficit: ⁊ opus eius bn̄ reddit: vt ecce virtus
oculi ⁊ oculū ſtudioſuꝫ facit ⁊ opus eius: virtute. n. ocu/
li bn̄ videmꝰ. Eodēqꝫ mō virtꝰ eq̄ equū ipſuꝫ ſtudioſuꝫ
facit: ⁊ bonū ad currēduꝫ poꝛtādūqꝫ eqteꝫ ⁊ expectādū
hoſtes. Si ḡ hoc eodē mō in oībus ſehꝫ: ⁊ virtus certe
hominis habitus erit ex quo bonus vir fit: ⁊ ex quo ſuū
opus bene reddit. Quō aūt id erit ēt dictū eſt ꝑterea: ⁊
hoc mō patebit ſi inſpiciamus q̄lis ſit eiꝰ nā: nēpe in oī
ꝯtinuo ac diuiſibili plus ⁊ minus ⁊ eq̄le capi pōt: ⁊ hoc
aut reſpectu rei aut noſtri. Eq̄le v̄o mediuꝫ qd̄ eſt inter
defectū ⁊ exceſſuꝫ. Dico aūt mediū rei qd̄ eq̄liter diſtat
ab vtroqꝫ extremo qd̄ eſt vnū ⁊ idē in oībus. Reſpectu
aūt noſtri qd̄ neqꝫ excedit neqꝫ deficit. Hoc autem neqꝫ
vnū neqꝫ idem oībus eſt veluti ſi decē milia: duo pau/
ca: ſex mediū: capiant̄ in re. Equal'r eñi excedūt ⁊ exce
dunt̄. hoc mediū eſt ſ̄m numeri ꝓpoꝛtionē. ſꝫ quātū ad
nos nō ita capiendū. Nō eñi ſi cui decē minas comede
re multū ē: duas aūt parū magiſter ludi ſex eidē tradet:
eſt eñ foꝛtaſſe ⁊ h̄ nimiū: aut parū illi q̄ accepturus eſt.
Nā miloni paꝝ eſt. Incipiēti v̄o exercere nimiū ſil'e eſt
in curſu ⁊ paleſtra. Hoc itaqꝫ modo oīs ſciēs exceſſum
vitat atqꝫ defectū: mediū aūt q̄rit ⁊ eligit: mediuꝫ v̄o nō
rei ſꝫ reſpectu noſtri. Si vtiqꝫ oīs ſcia ſic opus bn̄ perfi
cit ad mediuꝫ ꝓſpicient̄: ⁊ ad hoc opera ipſa deducēs:
vnde dici ꝯſueuit in recte factis ꝙ neqꝫ addi neqꝫ demi
quicq̄ꝫ pōt: vtpote exceſſus atqꝫ defectus coꝛrūpentibꝰ.
Medio aūt ſeruātes. Boni aūt artifices vt diximus ad
hoc reſpiciētes faciūt. Virtus aūt oī arte certioꝛ ac me/
lioꝛ eſt: queādmodū nā: mediȷ̄ quidem erit cōiectatrix:
loquoꝛ auteꝫ de moꝛali. Nam ea vertit̄ circa affectus: ⁊
actus: ⁊ in his eſt exceſſus: defectus ⁊ medium: vtputa
metuere: audere: cupere: iraſci: miſereri: ⁊ vl'r letari: ⁊
dolere magis ⁊ minus ac vtraqꝫ nō bene. ſꝫ qn̄: ⁊ ī qui/
bus: ⁊ erga quos: ⁊ cuiꝰ cauſa: ⁊ vt opꝫ mediū ⁊ optimū
eſt qd̄ ꝑfecto eſt in v̄tute. Eodē mō eſt in actibꝰ exceſ/
ſus ⁊ defectꝰ ⁊ mediū. Virtus aūt circa actus ⁊ affectus
verſat̄ in qbꝰ exceſſus quidē delinquit: defectus v̄o re/
pꝛehēdit̄: mediū aūt ꝓbat̄ ac recte pficit̄: ſed hec vtraqꝫ
virtutis ſunt. Mediocritas ergo quedā v̄tus mediȷ̄ cō/
iectatrix. Ad hec delinquere multipharia eſt. Nam ma
lum quidem infiniti eſt vt pythagoꝛici putant: bonum

Quid mediū rei ⁊ qd̄ medium reſpectu nrī.

aũt finiti. Recte aũt pficere vnice dr̃. Quapropter alterũ facile: alterũ difficile eſt. Facile qdẽ aberrare. Difficile aũt eo ad qd̃ intẽdas potiri: ⁊ ob hoc igiꝰ vitij eſt exceſſus ⁊ defectꝰ. Virtutis aũt mediũ. Nã boni qdem ſimplr̃: multipharia aũt mali. ¶ Eſt ꝗ̃ vtꝰ habitꝰ electiuꝰ in mediocritate ↄſiſtẽs quo ad nos rõne terminata ⁊ vt ſapiẽs terminaret. Mediocritas aũt duoꝝ vitioꝝ: alterius ſm exceſſuz: alterius ſm defectũ: ⁊ etiã q: alia excedũt: alia deficiũt magis q̃z opꝫ in affectibꝰ ⁊ actibꝰ. Virtus aũt mediũ inuenit atq; eligit. Quapp ſm ſbãz ⁊ rationez qd̃ ſit illa dictantẽ mediocritas eſt v̾tus: ſm vero cõmendationẽ pbitatis ſummitas.

Diffõ virtutis.

¶ Quintũ caplꝫ de perſcrutãdo qd eſt v̾tus in quo pmo oſtẽdit ꝙ nõ eſt in gñe paſſionis vel potẽtie ſed habitus: deinde apponit ſpecificas drĩas habitus. Primo hãc a quo hñs ipm bonus eſt ⁊ bñ ſuũ opus reddit: inde colligẽs cõius v̾tutis rõnẽ hãc. ſ. v̾tus eſt habitus ex quo bonus hõ fit ⁊ a quo bene ſuũ opus reddit: deinde hãc adijcit cõtractatiuũ ſeu electiuũ medij in opationibꝰ ⁊ paſſionibꝰ nõ eiꝰ qd̃ rei ſed eiꝰ qd̃ ad nos ipſum ſilr̃ exiſtẽs mediũ inde colligẽs magis appropriatã virtutis rõnez hãc. ſ. v̾tus eſt habitus electiuus. Dixit.

Poſt hec aũt inquirendũ ⁊ ſpeculanduꝫ qđ eſt v̾tus. Dicimus itaq; ꝙ cũ res q̃ inueniunt in aĩa ſint tres. ſ. accidẽtia aĩe: potẽtie: ⁊ diſpõnes: qd̃ iſtoꝝ erit v̾tus. ¶ Et intẽdo per accñtia: ↄcupiſcẽtiã: irã: timorẽ: audaciã: inuidiã: gaudiũ: amorẽ: odiũ: deſideriũ: zeluꝫ: miſericordiã: ⁊ vlr̃ oẽ qd̃ ſequit delectatio aut triſtitia. ¶ Et intẽdo p potẽtias res ex parte quarũ denominat ab his accidẽtibus: intẽdo res per q̃s poſſumus iraſci ⁊ triſtari ⁊ miſereri. ¶ Et dico per diſpõnes habitudines per quas ſumus ad iſta accidẽtia hñtes nos male aut bene. V. g. qm̃ nos qñ iraſcimur ira vehementi. i. magis q̃ opꝫ. aut ira remiſſa. i. minus q̃ opꝫ erit habitudo noſtra penes hanc diſpoſitionẽ peruerſa. qñ vero mediocriter erit habitudo noſtra in hoc directa: ⁊ ſic ſe hꝫ res in ceteris actionibus. non erũt igit virtutes neq; vitia accidẽtia vel paſſiones: nam penes ea neq; virtuoſi neq; vitioſi dicimur: ſed penes virtutes dicimur tales. ¶ Adhuc nõ laudamur neq; vituperamur penes accidentia: non enim qui iraſcitur laudatur pter iram neq; vituperatur: ⁊ ſimiliter habet ſe circa timorem: ſed vituperatur quidem quãdo iraſcitur ira qua non opꝫ: laudatur autez quando iraſcitur queadmodum opꝫ. Cum igit penes virtutes laus cadat ⁊ vituperium: penes accidentia aũt non: manifeſtum eſt ꝙ accidẽtia non ſunt virtutes. ¶ Amplius iraſcimur ⁊ timemus inuoluntarie: virtutes autem ⁊ malitie aut voluntates ſunt aut non preter voluntatẽ. ⁊ cum hoc dr̃ etiaꝫ de nobis ꝙ ſumus patientes per accidẽtia: per virtutes autem ⁊ vitia non dicimur moueri ſed di-



ſponi aliqualiter. ⁊ pter hoc apparet ꝙ etiam virtutes non ſunt potentie. Non enim dicimur boni neq; mali eo ꝙ habemus potentiam recipiendi accidẽtia: neq; laudamur neq; vituperamur ex hac parte. ¶ Amplius potentes ſumus natura fieri boni vel mali: boni autem vel mali non ſumus natura ſicutiam ante diximus. Si ergo virtutes non ſunt accidẽtia neq; potentie: remanet vt ſint habitus. ¶ Iam ergo manifeſtũ eſt qd ſit virtus ſm genus. nõ opꝫ aũt vt hoc cõtenti ſimus. ſ. qm̃ virtus eſt habitus tantũ: ſed determinemus qualis habitus ſit cũ non ſufficiat cognitio rei in genere ſuo. Dicimus ergo ꝙ oĩs habitus ponit rem cuius eſt virtus bonaꝫ ⁊ actũ eius bonũ. ¶ V. g. oculi virtus oculum reddit bonũ ⁊ actuꝫ eius bonũ eo ꝙ virtute oculi videmus viſione bona: ⁊ eſt oculus ea bonus. ⁊ ſimiliter v̾tus equi ipſum reddit bonum ferocem: flexibilem equitanti: ⁊ tolerantẽ impugnantes. Cũq; hoc ſit cõmune omni virtuti: tunc virtus hoĩs eſt habitus per quem homo fit bonus: ⁊ ponit actũ eius bonũ. ⁊ iam determinauimus viaꝫ ad hoc qualr̃ fiat: vult ſm ꝙ eſtimo vt vſitetur delectatio ſm ꝙ opꝫ: ⁊ triſtitia ſm ꝙ oportet. ¶ Dixit. ⁊ declarabit etiã nobis ſi cõſiderauimus in natura virtutis que natura eſt. dicimus ergo qm̃ in omni cõtinuo ⁊ diſcreto poſſibile eſt nobis accipere rem aliquã maiorem ⁊ aliquã minorẽ ⁊ aliquã equalez: ⁊ hoc vel in re ipſa vel in relatione ad nos: ⁊ eq̃le eſt mediũ inter ſuperabũdantiã ⁊ diminutionem. ¶ Et intẽdo per mediũ ſm ſe hoc ꝙ diſtat ab vtroq; extremoꝝ equa diſtantia: ⁊ hoc mediũ eſt vnũ ⁊ idem in omni re: mediũ aũt in relatione quo ad nos non eſt vnuꝫ ⁊ idem in omni re. V. gr̃a. mediũ ſm ſe: ſex inter duo ⁊ decem: ſuperant enim duo in quattuor ⁊ ſuperãtur a decem in quattuor: hoc ergo mediũ ſemper eſt res vna in ſe neq; additũ neq; diminutum: medium aũt quo ad nos non oportet accipi iſto modo. intẽdo ꝙ ſi res vna nec additionẽ nec diminutionẽ accipiens. non enim quãdo accipere aliquem hominẽ decem emynas multum eſt: ⁊ accipere duas emynas parum: oportet vt cõmenſuratũ homini ad quem innuit doctor exercitij ſit accipere ſex emynas. forte etenim ꝙ hec quãtitas parum aut multum erit accipienti. V. g. exercitato modicum incipiẽti aut exercitia multum: ⁊ ſic ſe habet in curſu ⁊ in lucta: intendo ꝙ mediũ in quantitate cibationis vniuſcuiuſq; iſtorum alteruꝫ eſt a quãtitate cibationis alterius. ¶ Dixit. ⁊ ſm hũc modum fugit omnis artifex in arte ſua ſuperfluitateꝫ ⁊ indigentiam: inquirit aũt mediũ ⁊ eligit ipſum: ⁊ intendo medium quo ad nos nõ medium rei. ⁊ q: omnis res in bonitate operationis ſue intendit medium ⁊ ad ipſum dirigit operationes ſuas. Et ideo cõſueuerũt homines dicere de operibus bonis ꝙ ipſa ſunt in quibus non eſt poſſibilis additio neq; diminutio eo ꝙ ſm ipſos additio ⁊ diminutio corrumpunt bonitatem: mediũ vero cõſeruat ipſam. Cum itaq; periti artifices vt diximus operentur animaduertẽtes: ⁊ intẽdentes medium: virtus aũt omni arte melior ſit ⁊ certior: queadmodũ ⁊ natura: intẽdo ꝙ ipſa eſt melior arte de neceſſitate erit virtus intẽdens intẽtioni medij: intendo virtutẽ moralem. Cũq; ſit virtus equidem fiens circa paſſiones ⁊ actiones: neceſſarium eſt in eiſdem eſſe additionẽ ⁊ diminutionem ⁊ medium. V. g. quando nos fuerimus timentes: aut audentes: aut cõcupiſcẽtes: aut iraſcẽtes: aut miſerẽtes: ⁊ vniuerſalr̃

Cognitio rei ĩ ſuo gñe nõ eſt ſufficiens.

delectātes: aut triſtātes magis ꝙ oportet aut minus non erimus cir/ca medium. qđ aūt oportet ⁊ quā do opꝫ ⁊ in quibus oportet eſt me/dium virtuoſum. ⁊ hec eſt intētio virtutis. Et ſm hanc ſimilitudinem inueniť in actionibus additio ⁊ diminutio ⁊ medium: ⁊ virtus etiam inuenitur in paſſionibus quidem ⁊ actionibus: ⁊ in paſſionibus inue nitur additio ⁊ diminutio ⁊ medium: ⁊ additio ⁊ diminutio vitupe/rabilia ſunt: ⁊ medium laudabile ⁊ virtus laudabilis. Uirtus igitur mediocritas quedam eſt cum intendat medium. ¶ Adhuc errare quidem cōtingit multis modis. error autem malum. malum intēdit ad partem infinitatis: queadmodum ipſum determinauerunt pytha gorici. bonum aūt eſt ex parte finitatis: intendo ꝙ mala multa ſunt: bonum autem vnum eo ꝙ rectū: rectum autē vnum. ⁊ ꝓpter hoc fit malum cito ⁊ faciliter: bonū aūt tarde ⁊ difficiliter. Facillimū enim eſt vt erret homo a ꝓpoſito ſigno. ⁊ difficillimū vt inueniat ipſum. ⁊ ꝓpter hoc erit additio ⁊ diminutio ex parte malitie: mediocritas aūt bonitas: ⁊ virtus: intendo eo ꝙ additio ⁊ diminutio errores ſunt ex parte infiniti. mediocritas autē recta eſt ⁊ vna: ⁊ ꝓpterea boni fiunt ſm modū vnum boni: mali aūt fiunt mali multis modis: ⁊ cum ſic ſit erit virtus habitus vel electiuus vel voluntarius in mediocritate exi ſtens que eſt mediocritas quo ad nos determinata per ratione in re/latione ad virtuoſos ex hominibus: ⁊ eſt mediocritas inter duo vitia: quorū vnū eſt ex parte additionis ⁊ alterū ex parte diminutionis. i. quedam vitiorū ſunt vitia ex parte diminutionis ſiue ab eo ꝙ oportet in paſſionibus ⁊ actionibus: ⁊ alia ex parte additionis ſiue ſupra his qđ oportet in ipſis. Cap. 6.

Propť qđ malum cito fit ⁊ facilŕ: bonū aūt tar de ⁊ difficul ter.

Non tñ oīs actus nec oīs affectus mediocri tatē recipit. Nā ſunt qdā que ſtatiꝫ vt noīata ſunt prauitatē cōnexam hñt: vt maliuolētia īpudētia: ⁊ ī actib⁹ ſtuprū: furtū: homicidiū. Nā cuncta h̃ ⁊ hmōi ita dicunť qſi mala ipſa ſint: non qſi exceſſus: aut defect⁹ ipſorū. Nunqꝫ ḡ in illis recte facere datur ſꝫ ſp delinqť: nec ī illis ē quā opꝫ ⁊ qñ opꝫ: ⁊ vt opꝫ: ſꝫ ſimplŕ ī qlibet iſtorū delinqť. Eodē mō dicēdū eſt de iniuria: ⁊ ignauia: ⁊ luxuria. Nā ſi alŕ dice remus eēt exceſſus ⁊ defect⁹ mediocritas ⁊ exceſſus ex/ceſſus: ⁊ defect⁹ defectus. Sꝫ queadmodū tēperantie ⁊ fortitudinis nō eſt exceſſus neqꝫ defect⁹: qm̃ ipe medie ſunt ⁊ ſupme: ſic nec illarū qs ſupradixim⁹ mediocritas eſt neqꝫ exceſſus: ⁊ defect⁹: ſꝫ vtcūqꝫ illa facias delinqs. (Exceſſus eñi ⁊ defect⁹ nulla oīno eſt mediocritas: neqꝫ) (mediocritatis ipſius exceſſus eſt aut defectus.)

6 ¶ Sextū capitulū de reſcriptōe eēntialis diffōnis iā collecte in q ex/planat qūo vtus eſt medietas: nihilomin⁹ exñs extremitas: oſtēdēs



inſuper ꝙ nō oīs actio ⁊ paſſio recipit medietatē ſupabūdātiā ⁊ defe ctū vt q ī ſua nominatiōe ꝯuolute ſunt ſtatim cū malitia. Dixit.

Virtus aūt mediū inuenit ⁊ facit ipm. Erit igiť ꝑ hoc vtus ſm ſbam ſuā ⁊ rōneꝫ ſignificāteꝫ ſup q̄ditatē ſuā medietas. ſm aūt ꝙ nobile ⁊ optimū extremitas ⁊ finis cuꝫ dicunť fines meliores medijs. ¶ Dixit. nō recipit aūt neceſſario oīs actio ⁊ oīs paſſio vel omne accidēs medietatē. ⁊ hoc qm̃ quedā accidē/tium mala vel malū per naturā ſuaꝫ ſm additionē ⁊ diminutionē vt detractio ⁊ inuerecūdia: ⁊ inuidia: ⁊ quedā actionū vt homicidium: furtum: adulteriū. Hec enim ſunt in ſeipſis malū in omni hora: ⁊ oīs res ex ipſis eſt mala. Et ſilŕ non eſt in extremitatibus vituperabili/bus medietas neqꝫ additio: neqꝫ diminutio vt iniuſtitia ⁊ timiditate ⁊ incōtinētia: vel ſi nō erit additiōis ⁊ diminutiōis medietas ⁊ addi/tionis additio: ⁊ diminutionis diminutio: ⁊ ſicut caſtitatis ⁊ fortitu/dinis: non eſt ſuperfluitas neqꝫ indigētia: eo ꝙ ſint medietates: me/dietas aūt eſt extremitas ⁊ finis mō aliq. intēdit mō illo q eſt īdiuiſi/bilis ſm magis ⁊ min⁹. ſic ſe hꝫ ī extremitatib⁹. Cap. 7.

Sed opꝫ ſermonē nrm nō ad vniuerſum mō genus verū ad ſingula coaptare. In vbis. n. que de actibus hñtur vľia qdē inaniora: par ticularia aūt vriora exiſtūt. Nā ⁊ actus ipſi cir ca ſingula verſanť quos certe his ꝯſonare opꝫ. Cōpre/hēdēda igiť h̃ ⁊ deſcribēda ſunt circa timores igitur ⁊ audaces fortitudo mediocritas eſt. Excedentiuꝫ vero qui in timēdo excedit ſine nomine eſt. Multa vero ſunt ſine noīe: qui vero audēdo excedit ferox: ſed qui in ti/mēdo excedit ⁊ audēdo deficit timidus eſt. Circa vero voluptates ⁊ dolores nō oēs qdeꝫ ſed minus circa do/lores media eſt tēperātia: exceſſus ēt intēperātia. Defi/ciētes vō in voluptatib⁹ vix experiunť. Itaqꝫ ne nomē qdē ſortiti ſunt: ſed inſenſati vocenť. Circa dādas capiē daſqꝫ pecunias media eſt liberalitas. Exceſſus vō ⁊ de/fectus hinc ꝓdigalitas illinc auaritia: que inter ſe ꝯtra/rie excedunt ac deficiunt. Nā ꝓdigus qdē in errogādo excedit / ī capiēdo deficit. Auarus autē in capiēdo exce dit / in errogādo deficit. ſed nunc illud ſummatiꝫ ⁊ per figuraꝫ dicimus: poſtmodum diligentius de ipſis tra/ctabimus. Sūt ⁊ alie circa pecunias diſpoſitiones. Me diocritas vō eſt magnificētia. Magnificus. n. differt a li/

In vbis q de actib⁹ habentur vľia qdē inaniora ꝑticľaria aūt veriora exiſtūt.

eit an ciuitati: nam ſibi quidez nõ: qꝛ volens patit: nulli autẽ volenti iniuria ſit: itaqꝫ ⁊ ciuitas penã conſtituit: ⁊ eſt quedã ignominia aduerſus illuz qui ſeipm necauit ac ciuitati iniuriã fecit. Inſup ſm ꝙ iniuſtus eſt qui ſolũ iniuriat ⁊ nõ oĩno prauus nõ põt ſibi iniuriã facere. nã aliud eſt ꝙ̃ illud. Eſt eniz quodãmodo iniuſtꝰ ſic prauus vt timidus nõ vt totã habẽs prauitatẽ. Quare nec ſm hãc iniuriat: nã ſimul foret eidẽ ablatũ eſſe: ⁊ adeſſe idem qđ eſt impoſſe: ſ; ſemꝑ pluribꝰ neceſſe eſt eẽ iuſtũ ⁊ iniuſtũ. Preterea volũtariũ per electionẽ ⁊ primũ. qui eniz ab alio leſus idẽ facit aduerſus illũ nõ vr iniuriaz facere: ſ; idẽ ipſe eadez ſimul patit ⁊ facit ſibi. Preterea ſequeret vt volenti iniuria poſſit fieri. Inſup ſine ꝑticularibꝰ iniurijs nullus iniuriat: nullus vero ẽ adulter ſue vxoris: neqꝫ effractor ſui parietis: neqꝫ fur ſuaꝝ rerum. In totũ aũt tollit vt qs ſibi iniuriari valeat ſm diffõnez volũtarie patiẽdi iniuriã. Manifeſtũ ẽ aũt ꝙ vtraqꝫ praua ſunt ⁊ facere ⁊ pati iniuriã: nam aliud eſt plus hr̃e ꝙ̃ mediũ. Aliud eſt hr̃e minꝰ velut ſanitas in medicia. bona hitudo ĩ gymnaſtica. Verũtñ peiꝰ eſt facere iniuriã. naz id cuz prauitate eſt ⁊ vituperat ⁊ prauitate vel pfecta ſimplr̃ vel ꝓpe. nõ eniz oẽ voluntariũ cuz iniuria: ſ; pati iniuriaz ſine prauitate eſt ⁊ ſine iniuria. Per ſe igit pati iniuriã minꝰ eſt malũ: ſed per accidẽs nihil ꝓhibet maius. At non eſt ea cura arti: ſed dolorem lateris dicit maiorẽ morbum ꝙ̃ offenſionẽ pedis: ſ; fieri poſſit aliq̃ per accidens ſi cõtingat offendentẽ pedem cadere ⁊ ab hoſtibus capi ⁊ mori: per tranſlationẽ vero ⁊ ſimilitudinem eſt nõ ſibi ad ſeipm iuſtũ: ſ; dominicũ vel economicũ. His eniz rationibꝰ diuiſa eſt ea pars animi que rationez habet ab ea que eſt ſine ratione. Atqꝫ ſi inſpicias videt eſſe iniuria ad ſeipm: qꝛ eſt in his pati aliqđ preter ſua deſideria. Vt igitur parẽti ⁊ imperãti eſſe ad inuicem aliquid iuſtũ ⁊ iſtis. ¶ De iuſtitia quidem ac alijs moralibus virtutibꝰ determinatũ ſit in hunc modũ.



An autez poſſibile ſit vt iniurietur quis ſibimet ⁊ nõ iuſtitiã facit aut nõ ſit poſſe: pꝫ ex eo qđ dictũ eſt. Jam eniz dictũ eſt ꝙ ex iuſtitũs eſt cõis ⁊ eſt vniuerſitas virtutũ quas ꝑcepit lex: ⁊ ſilr̃ de iniurijs ex eis eſt cõis: ⁊ eſt incurſio malitiaꝝ quas ꝓhibet lex ⁊ dimiſſio virtutũ quas ꝑcipit: ⁊ ex eis ſunt ꝓprie ſc; in quibꝰ eſt equalitas ⁊ nõ equalitas. Et iam determinatũ eſt in eo qđ preterijt ꝙ iniurias in iſtis eſt q ſcit cui iniuriat ⁊ quo ⁊ quare: qui igit interficit ſeipm ex iracũdia nõ eſt iniurias ſm intentionẽ ꝓpriã: eo ꝙ nõ iniuriat alteri a ſe neqꝫ ex ꝑcedẽti cõſultatione: ſed cã ire eſt aũt iniuria quidẽ ſm intentionẽ cõem iniurie: cuz iſtud eius factũ cõtra legẽ. ꝓhibet eniz lex ne qs occidat ſeipm: ⁊ iniuria quã ꝑpetrat aut eſt in ſe aut in ciues: ſ; in ſe nõ: qm̃ volens: nõ vult aũt is cui ſit iniuria: ſed iniuriat quidẽ ciuibꝰ: cuz nõ velint hoc factũ neqꝫ permittãt: imo ꝓhibeant: ⁊ ꝓpterea videmꝰ euz qui facit hoc factũ occultare ſe a ciuibꝰ: ⁊ cõſequit eos apud ipm abhorreſcẽtia multa: ⁊ huiꝰ cauſa eſt ꝙ iniuriat eis. ¶ Amplius iniuriator qdẽ ſm veritatẽ malignus eſt ſimplr̃: talis aũt eſt qui operatur ex habitu acqſito ei: occidẽs vero ſeipm iniuriat vna vice tm̃: non ergo ꝓcedit eius iniuria ex habitu a quo dicat iniuriator: imo res rara interdum in bonis inuenit. ¶ Amplius ſi iniuriat qs ſibimet: ⁊ ſit iniuria acceptio ab altero ⁊ datio alteri: tunc neceſſariũ eſt vt ſit acceptio ⁊ datio ⁊ ſilr̃ additio ⁊ ablatio inuẽte in re vna ſimul: ⁊ hoc impoſſe: imo neceſſe eſt iuſtitiã ⁊ iniuriã fieri in rebꝰ pluribꝰ vna ⁊ volũtarie ⁊ electiue: ideo quẽ penituerit iniurie nõ ẽ iniuriator: iniuriãte vero ſibimet penitet iniurie: ⁊ ſilr̃ oporteret vt eſſet vna res eadem agẽs ⁊ patiens ſimul: qđ eſt ĩpoſſe. ¶ Amplius ex hoc ſequit vt ſiat iniuria vero volũtate ſua: intẽdo vt aliter iniuriet ei de voluntate ſuimet: ⁊ iam dictuz eſt hoc eſſe impoſſe. ¶ Amplius nõ iniuriat aliqs abſqꝫ eo ꝙ faciat ex actionibꝰ iniurie particularis: vt ꝙ furetur aut adulteret: ⁊ nõ adulterat aliqs cũ vxore ſua: neqꝫ perfodit parietẽ domus ſue: neqꝫ furat pecuniã ſuiipſiꝰ. Et ſilr̃ ĩpoſſe eſt vt noiet iniuriator ſ; vniuerſuz qđ cõditionatũ eſt in iniuriãte ⁊ cui ſit iniuria: intẽdo vt nominet iniuriator ſm veritatẽ. ¶ Dixit. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ facere iniuriã ⁊ recipe eam vtrãqꝫ malũ eſt: nã faciẽs eã accipit plus: patiẽs vero minꝰ: que ambo ſunt ꝑter mediũ: iniuria eſt ⁊ malũ: verũtñ iaz qrit vtrũ illorũ magis eligẽdũ facere iniuriã vel pati: ⁊ qñ ꝑſpicaciter fuerit inqſitũ patebit ꝙ peius eſt facere eã ꝙ̃ pati. pati. n. eã abſqꝫ malitia eſt: facere vero malitioſuz eſt: ⁊ ꝓpter hoc malũ qđ eſt in iniuriãte malo qđ eſt ĩ eo cui ſit iniuria maius eſt ꝑ ſe: ꝑ accñs aũt põt malũ ⁊ inuoluntariũ qđ eſt in eo cui ſit iniuria maius eſſe: vt qđ accidat ei cui ſit iniuria vt relinquãt eum ſui ⁊ incidat ĩ manꝰ aliquoꝝ qui occidãt eũ ⁊ morti tradant: ⁊ q ante factã ſibi iniuriã nõ habuerũt hmõi ꝑtãtẽ. ¶ D. Sz potẽtie quidẽ effectiue: vt pote ars medicine nõ ſpeculat in eo qđ ꝑ accñs: ſed qđ ꝑ ſe: ⁊ nõ curãt qđ de ꝑ accñs: vt ꝙ dicat ꝙ dolor ilij periculoſior eſt omni dolore ꝙ̃uis poſſit inueniri per accidẽs dolor periculoſior eo. ¶ D. Ex parte aũt iuſtitie que dicit ꝑ modũ ſilitudinis ⁊ tranſumptiõis a iuſtitia ciuili: ⁊ eſt iuſtitie q̃ eſt in potẽtijs aĩe: nõ opꝫ vt dicamus ꝙ exercet quis iuſtitiam in ſeipm aut iniuriat ſibiipſi: ⁊ hoc

qm̃ illic iuſtitia quidẽ ꝓportionat̃ parti ex partibus anime ꝑter eam cui ꝓportionat̃ iniuria: ⁊ nõ ꝓportionat̃ iuſtitia toti: imo iuſtitia ꝓportionat̃ ex ea parti principãti: ſicut ꝓportionat̃ in cõuerſatiõe ciuili parti principãti: ⁊ ꝓpterea diſtinguunt̃ potẽtie aĩe ad id qδ hʒ rationẽ: ⁊ in id qδ nõ hʒ rõnẽ: queadmodũ diſtinguit̃ ciuitas in platuʒ ⁊ ſubditos naturalr̃. Qñ ergo obedit ꝙ nõ hʒ rõnẽ ei qδ rõnem hʒ fit iuſtitia: ⁊ qñ non obedit fit iniuria. videt̃ igit̃ ꝙ huic parti: intendo q̃ nõ hʒ rõnem ꝓportionet̃ iniuria in anima: cum huic parti ꝑtineat vt agat ſm ſua deſideria. Et vniuerſalr̃ queadmodum inuenit̃ iuſtitia ⁊ iniuria inter prelatum ⁊ ſubditos: ſic inuenit̃ in viribus vel potẽtijs anime. ¶ D. Iam igit̃ pʒ ex his tractatibus quid eſt iuſtitia: ⁊ eſt poſtremũ ſermonis virtutibꝰ figuralibꝰ: intẽdo moralibꝰ: cõuertamur igitur ad virtutes rõnales. ¶ Finit liber Quintus.

## ¶ Ariſto. Stragy. Ethicoꝝ Lib. Sextus. Cap. I.

QUoniã prius diximꝰ mediũ eſſe recipiendũ: nõ aũt exceſſuʒ neq̃ defectũ mediũ aũt eſt vt recta dictat rõ hec diſtinguamꝰ. Oibus eniʒ dictis habitibus queadmodũ ⁊ alijs eſt qδdã ſignũ ad qδ inſpiciẽs qui rõnẽ hʒ: intendit ⁊ remittit: ⁊ eſt quidã terminꝰ mediocritatũ quas dicimꝰ eſſe inter exceſſuʒ ⁊ defectuʒ ſm rectã rõnẽ. Eſt aũt hmõi ſermo verus quidẽ: ſʒ neq̃ clarus. nam ⁊ in alijs facultatibꝰ de quibꝰ ſcia eſt hec ẽt dici vere põt nec parũ nec minꝰ laborandũ aut negligendũ eſſe ſʒ mediocriter: ⁊ vt recta dictat rõ: ſed ob hoc dictũ nihilo plus quis ſciret veluti qualia afferẽda ſint corpori: ſi quis dicat qδ medicina iubet ⁊ queadmodum his qui illam habet. Quapp opʒ non ſolum vere hoc dixiſſe de habitibus animi: verũetiam determinare que ſit recta ratio: ⁊ quid ſit huius terminus.

¶ Determĩatio huiꝰ tractatꝰ ſexti de libro Nichomachie Ariſ. icipit. ¶ Primũ caplm ꝙq̃ in ꝑdictis virtutibꝰ opʒ eligere mediuʒ qδ ſiꝑ rectã rõneʒ hanc opʒ diuidere que eſt ſm quã habẽs eam intẽdens ⁊ remittens peruenit ad menſurã ⁊ mediũ: ꝙq̃ nõ ſufficit ad operari ſm rectã rõneʒ dictũ ſit ſcire vl̃r: ſed opʒ determinare ſcire que eſt recta ratio: ⁊ quis terminus huius. Dixit.

CUm itaqʒ iam dixerimꝰ ꝙ opʒ vt eligamꝰ mediũ ⁊ eſt ĩ quo nec eſt additio neq̃ diminutio: ſicq̃ mediũ recipit terminũ ſanũ: eteniʒ deus ſanus eſt in quo nõ eſt additio neq̃ diminutio: tunc neceſſariũ eſt nobis vt narremus de medio in vniuerſo habituum voluntarioꝝ: intendo ꝙ recipit terminũ ſanuʒ: eteniʒ oĩbus habitibus latitudo q̃dã eſt: ſiue ſint habitꝰ morales ſiue rõnales. Ad iſtud itaq̃ mediũ intẽdimus ſpeculationẽ: ad dimꝰ igitur ⁊ demimꝰ donec inueniamꝰ ipſuʒ ⁊ terminꝰ medij cõuenit cũ termino rõnis ſane. ambo eniʒ diffiniũt per h̃ que nõ recipiũt additionẽ neq̃ diminutionẽ: verũtamẽ nõ inuenit̃ mediũ in habitibꝰ moralibus acquiſitis per aſſuetudineʒ ſicut inuenit̃ in habitibꝰ ſciẽtificis: intẽdo ꝙ inuentio medij in moribꝰ maniſeſtior eſt inuẽtione eius in habitibꝰ rõnalibus. Et hoc qm̃ mediũ in moribꝰ eſt mediuʒ ſm veritatẽ: cũ inuentũ ſit inter extremitates: mediũ aũt in habitibꝰ ſciẽtialibus eſt vt nõ fiat attributio rei per magis eo qδ ſuſtinet: neq̃ per minꝰ: ⁊ hoc mediuʒ eſt certa ratio vel ſanus ſermo: ⁊ qñ fuerit hec ſcia in aĩa alicuius non opʒ vt ſciat aliquid plus ea: neq̃ minus vt ꝙ querat aliqs ⁊ dicat quas res opʒ conuenire corpori humano ⁊ conuerti in ipſuʒ: ⁊ dicat̃ ei res q̃s mandat medicina ⁊ medicus: ⁊ ꝑp illud nõ fiunt res maniſeſte abſq̃ terminis ſed occultant̃: ideoq̃ nõ opʒ nos contẽtos eſſe ex notitia habituum notitia occulta ſolũmodo: ⁊ eſt notitia eſſe ipſorum: ſed ſunt ſciendi per terminos ſuos.



## Cap. 2.

ANimi ergo virtute ſupra diſtinximꝰ: ⁊ alias eſſe moris diximꝰ alias intellectus: ⁊ de moralibus q̃deʒ tranſegimus: de reliquis vero nũc dicemus: prius tñ de aĩo premittẽtes. Qꝛ due ſunt animi partes: altera rõneʒ hñs: altera irrõnalis: de qua dictũ eſt prius. Nũc aũt circa eã partẽ q̃ rõnẽ hʒ eodẽ mõ diſtinguendũ eſt. Et ſuppoſitum exiſtat duo eſſe rõnẽ hñtia. Unũ quo perſpicimus illa talia quoꝝ principia nõ aliter ſe hr̃e. alteꝝ quo ea q̃ aliter ſe hr̃e pñt: nã ad ea q̃ alia ſũt gñe: ⁊ ꝑs animi alia genere: que ad vtrũq̃ apta eſt ſi q̃deʒ ſm ſimilitudinẽ ⁊ ꝓprietateʒ quãdaʒ notitia illis exiſtat: vocet̃ aũt haꝝ altera ſciẽtifica: altera rõnatiua. nã ꝯſultare ⁊ rõcinari idẽ eſt. Nemo aũt cõſultat de rebꝰ q̃ aliter ſe hr̃e nõ pñt. Itaq̃ rationatiua eſt vna pars qδ rationem habet. ¶ Sumẽdus ẽ ergo vtriuſq̃ haꝝ optimꝰ habitꝰ: nã hec vtriuſq̃ virtus. Uirtus aũt erga opus ꝓpriuʒ.

Nemo ꝯſultat de rebꝰ q̃ alr̃ ſe habere nõ pñt.

¶ Scdʒ caplʒ in quo rememorat de diuiſiõe virtutis ⁊ practicas de qbꝰ dixit iaʒ: ⁊ ĩtellectuales: de qbꝰ dicto ꝓus de aĩa eſt directiuꝰ: ⁊ de diuiſiõe aĩe in rõnẽ hñs: ⁊ irõnale nõ intẽdẽs ſolũ de rõne hñte qδ diuidit i ſpeculãs nec̃ia ⁊ ſpeculãs ꝯtingẽtia: q̃s ꝑtes aĩe ꝑſpeculata altera gñe oñdit altera gñe q̃ꝝ hãc noĩat ſciẽtificũ: hãc vo rõnatiuũ: ⁊ ẽẽ vnã ꝑtẽ rõnẽ hñtis ꝯcludit: ⁊ ꝙ vtriſq̃ dictaꝝ ꝑtiuʒ ſumẽdũ ẽ optimꝰ habitꝰ; q̃ ⁊ vtriſq̃ virtus q̃ eſt ad opus ꝓpriũ. D. 2

T cū iaꝫ dixerimꝰ qđ ē ſana rō/aut rectꝰ ſermo:⁊ qđ
terminꝰ eius:⁊ diſtinxerimꝰ virtutes aīe:⁊ dixeri/
mus ꝙ q̄dā eaꝝ figurales.i.morales:⁊ q̄dā eaꝝ rōna/
les.i.cū intellcͣu:⁊ iaꝫ locuti fuerimꝰ in virtutibꝰ figura/
libus ⁊ ſpēbꝰ ſuis:tunc dicamꝰ de virtutibꝰ rōnalibꝰ ⁊
ſuis ſpēbꝰ ſm ſileꝫ modū. Et iaꝫ diximꝰ in eo ꝙ p̄terijt
ꝙ ex ptibꝰ aīe eſt q̄ recipit rōnē.i.terminū:⁊ ex eis eſt
q̄ nō recipit eā:illiꝰ aūt q̄ nō recipit terminū iaꝫ diſtincte fuerūt ſpēs.
illa vero q̄ recipit rōnē ⁊ eſt ps rōnalis:diuidiẗ pmo in duas ptes:vna
quaꝝ ē ps rōnalis q̄ apprehēdit entia:quoꝝ cās ip̄oſſe ē in nobis eē:
⁊ ſunt illa q̄ nō poſſe eē niſi a cauſis ſuis nālibꝰ. Et ſcđa eſt illa q̄ app/
hēdit entia:q̄ꝝ cās poſſe eſt eē in nobis:⁊ iſta ſunt ea quoꝝ cās poſſe ē
eē p̄ter q̄ nāles. nece qđē eſt ergo vt diuidanẗ ptes aīe recipiētis ſm
diuiſionē generū q̄ recipiunẗ:⁊ vt muteнẗ ſm illoꝝ mutatiōeꝫ:eo ꝙ
nece eſt vt diuidaẗ receptiuū diuiſiōe receptibilis:⁊ diuerſeẗ eiꝰ diuer
ſitate:⁊ iccirco opꝫ vt dicaẗ ꝙ nomē ſcīe de eis dr̄ ſm modū ꝓportio/
nalitatis ⁊ aſſimilatiōis:⁊ apprehēſio q̄ appropriaẗ entibꝰ:quoꝝ pn/
cipia nō ſunt ī nobis noīaẗ ſcīa ſpeculatiua:⁊ appħēſio q̄ appropriaẗ
entibꝰ:quoꝝ cāe ī nobis ſunt noīaẗ cognitiua opatiua:intēdo eā inq̄
eſt cogitatio pp opatōeꝫ.nō.n. meditamur neqꝫ cogitamꝰ ad opandū
res quaꝝ opatiōeꝫ ip̄oſſe ē eē ī nobis:ſꝫ ē penes nāꝫ. Et vtiẗ qđē hō co
gitatiōe opatiua in rebꝰ q̄s poſſe eſt eē a volūtate. Cūqꝫ ſic ſit cogita/
tiua eſt vna ex ptibꝰ aīe rōnalis q̄ recipit rōneꝫ:⁊ altera ps eſt ſpecula
tiua:⁊ habitudo bona:in vnaquaqꝫ iſtaꝝ eſt virtꝰ illius ptis:⁊ virtꝰ
eſt ſm quātitatē opatiōis ꝓprie. Cap. 3.

T Ria ſunt in aīo que rei agende veritatiſqꝫ
dominanẗ:ſenſus:intellectus:appetitꝰ. Ex
his aūt ſenſus nullius rei agende principiū
eſt. Id ex eo pꝫ ꝙ beſtie ſenſuꝫ quidē hñt:
reruꝫ vero agendaruꝫ participes nō ſunt.
Q đ vero eſt ī mēte aſſentire ⁊ diſſentire idē in appetitu
ſequi ⁊ vitare. Itaqꝫ cuꝫ virtꝰ moralis ſit habitꝰ electiuꝰ
electio aūt appetitꝰ cuꝫ deliberatiōe:opꝫ p hec ſermonē
eſſe veruꝫ:appetitū eſſe rectuꝫ:ſiqdeꝫ electio ſtudioſa ⁊
eādē aſſentire ⁊ ſequi. Hec igiẗ mēs ⁊ veritas in agēdo
verſaẗ. At contēplatiue mētis:q̄ nec in agēdo nec in fa
ciendo eſt laus ⁊ vituperatio in vero ⁊ falſo cōſiſtit:hoc
eſt.n.totius intellectiui opus. Actiui vero veritas cōſen
tanea appetitui recto. Rei igitur agende principiuꝫ eſt
electio vnde motꝰ eſt:ſꝫ nō cuiꝰ grā. Electiōis aūt ap/
petitꝰ ⁊ rō q̄ alicuiꝰ grā. Quapp nō abſqꝫ mēte ⁊ ītellectu
nec abſqꝫ morali appetitu eſt electio. Bene agere aūt

Quis ſit fi/
nis intellcͣus
ſpeculatiui
⁊ practici.



in rebꝰ ⁊ cōtra ſine intellectu ⁊ more nō eſt:ſꝫ mēs iſta
nihil mouet. Ueruꝫ illa que gratia alicuius ⁊ actiua. hec
eni ⁊ faciendo princeps eſt:nā grā alicuius facit q̄cūqꝫ
facit:⁊ finis nō ſimplr̄ eſt:ſꝫ aliqđ ⁊ facibile alicuius eſt
at nō agibile. Nam beneagere finis eſt:appetitus autē
huiꝰ. Quapp aut intellectus appetitiuus eſt electio aut
appetitꝰ ītellectiuꝰ:⁊ tale principiū hō:nō eſt aūt eligi/
bile quicq̄ꝫ ex iaꝫ factis:vtputa nullus eligit troiā diri/
puiſſe. Nō.n.de p̄terito electio eſt:ſꝫ đ futuro poſſibili.
Factū aūt ne factū ſit:fieri nō pōt. Itaqꝫ recte Agathon
hoc ſolo deus priuatur infecta facere q̄cūqꝫ ſunt facta.
Ambaruꝫ itaqꝫ particularum intellectiuarum opus eſt
veritas. Scđm quos ergo habitus vtraqꝫ veruꝫ aſpicit
h virtutes ambaruꝫ exiſtunt.

Nō eſt de p̄/
terito electō
ſed de futu/
ro poſſi.
Hoc ſolo p̄/
uaẗ deꝰ inſe
cta facere q̄
facta ſunt.

¶ Tertium caplm̄ in quo ad ꝓpoſitū ſumēduꝫ dicit tria in aīa actus
virtutis dominatiua:ſenſuꝫ:intellectū:appetitū:quoꝝ ſenſus nulliꝰ
actus principiū. intellectꝰ vero practicus inuenit verū ⁊ falſuꝫ in agē
dis:appetitꝰ perſequiẗ ⁊ fugit:vñ ⁊ ex diffōnibꝰ virtutis ⁊ electionis
opꝫ rōnem verā eſſe ⁊ appetitū rectū ⁊ hanc pcipere:hunc vero ſeq.
ad veritatem:ſed vſqꝫ ad actuꝫ tendēte cōcorditer appetitui recto:
ꝙqꝫ electio cā eſt factiua actus electiōis aut appetitꝰ:⁊ rō que gratia
alicuius:⁊ ꝙqꝫ mens ſpeculans cōtingētia ſm ſe nō mouet ad aliqueꝫ
vltra veritatē:ſed mens practica que partiẗ in factiua habētē preter
operationē opus finem nō ſimpliciter:ſed ad vlteriorē operationē ⁊
actiuam:cuius finis bona actio cuius eſt ⁊ appetitꝰ:⁊ ex quibꝰ cōclu/
ditur quid electio cuius principiū ſolus hō ⁊ ꝙ nihil factū eligibile:
q: neq̄ ꝯſiliabile:ſed ſolum futurū cōtingēs:⁊ ꝙqꝫ vtriuſqꝫ partis intel
lectui cōis finis veritas:⁊ ꝙ vterqꝫ virtutes proprie habitꝰ ſm quas
vtraqꝫ verum dicit. B. 3

N aīa ergo tres ptes:vna eſt ad actioneꝫ:⁊ eſt ꝯcu
piſcētia:⁊ due ad veruꝫ:⁊ ſunt ſenſus ⁊ intellcͣs ⁊
appħenſio ſenſus nō ē apprehēſio intellcͣs:⁊ hoc mani
feſtū ē ex hoc ꝙ bruta cōicāt nobis in appħēſione ſen
ſus ⁊ nō in intellcͣu. Q đ ē eſt in intellectu affirmatio ⁊
negatio huiꝰ cōpar in cōcupiſcētia ē ꝓſecutio ⁊ refuta
tio:intēdo ꝓſecutionē delectabilis ⁊ refutatōeꝫ cōtri/
ſtabilis. Et quēadmodū virtꝰ ſigularis eſt habitꝰ electiōalis:⁊ electio
q̄ eſt ei ē ꝯcupiſcētia ꝓueniēs a cogitatōe ⁊ ab vſu oppōnis.⁊ iō app/
hēſio veraꝝ ⁊ ꝯcupiſcētia ſana qñ fuerit electio virtuoſi. Siliẗ illa q̄ eſt
intellectui in rebꝰ opabilibꝰ vel ſcīalibꝰ eſt affirmatio:⁊ actio q̄ eſt cō
cupiſcētie ꝓſecutio:iōqꝫ qñ iſtiꝰ motus ꝓueniētis a cōcupiſcētia pn/
cipiuꝫ fuerit ex intellectu erit virtus. ergo opatio q̄ eſt parti cogita/

ſiue que eſt a bono ⁊ a malo eſt veritas ⁊ falſitas: ⁊ hoc qm̄ operatio oīs partis intellectualis eſt aut veruȝ aut falſum: ⁊ operatio que eſt parti cōcupiſcibili eſt proſecutio ⁊ refutatio ſiue cōueniat ei pars rōnalis/aut nō. Et opatio earū virtuoſa qn̄ cōueniūt: intēdo pteȝ intellectiuā ⁊ operatiuā: eſt veritas ⁊ deſideriū cōueniēs ei. principiū ergo tunc actionis ⁊ motus eſt potentie electiue: a qua fit motus nō rei illius gratia cuius fit mot⁹: intēdo ꝙ potētia electiua eſt principiū effectiuū nō illud gratia cuius eſt mot⁹: ⁊ ideo electio eſt deſideriuȝ cum apprehēſione rōnali gratia alicui⁹: ⁊ ꝓpterea nō eſt electio abſq; intellectu ⁊ abſq; virtute figurali: ⁊ eo ꝙ actio intellect⁹ ⁊ cōſultatio qn̄ fuerint cōtraria erunt actio abſq; intellectu ⁊ abſq; virtute figurali: ⁊ potētia effectiua a qua eſt inceptio motus nō mouet niſi ꝓpter aliqd: ⁊ h̄ potētia effectiua eſt oīs qđ agit̄: ⁊ oē qđ agit̄/agit ꝓpter aliqđ: ⁊ nō eſt h̄ potētia ꝑfectio ꝑ ſeipſam rei in qua inuenit̄: ſed eſt ꝑfectio relata ad rem illaȝ que eſt ꝑ ſe cōplemētuȝ ⁊ cōcupiſcētia nō eſt niſi ꝓpter iſtud cōplementū: ideoq; termin⁹ electionis eſt intellect⁹ habēs cōcupiſcentiam aut cōcupiſcētia intellect⁹. rerum aūt que inueniunt̄ ab iſta cōcupiſcētia ⁊ intellectu principiū eſt hō: ⁊ non pendet electio cū rebus p̄teritis. nō eniȝ eligit aliquis hodie apertionē ciuitatū Coſdre: iō ꝙ apertio earū iam fuit: neq; mediat̄ aliquis in cōparatiōe eius qđ iam fuit: ſed qđ erit ex his que poſſibilia ſunt fieri: ⁊ illud qđ iam fuit neceſſariuȝ eſt: ideo ꝙ nō eſt poſſibile niſi vt ſit: ⁊ ꝓpterea videbat̄ quibuſdam antiquorꝝ vel deū priuatū eſſe ptāte in hac ſpē ex factis ſolūmodo: intendo ꝙ faciat nō fuiſſe qđ iam fuit. Cap. 4.

Repetētes ergo altius de illis dicam⁹. Erūt quibus animus veruȝ ꝓſpiciat aſſentiendo aut diſſentiendo quinq; numero. Hec auteȝ ſunt: ars: ſcientia: prudentia: ſapiētia: intellect⁹. Eſtimatiōe .n. ⁊ opīone aūt falli cōtingit. Quid ſit ſcīa ex hoc patet ſi diligēter diſcutiēdū eſt: nec ſimilitudib⁹ īherēdū. Oīs .n. ſic accipim⁹ vt id qđ ſcim⁹ aliter ſe hr̄e poſſit. Que aūt aliter hr̄e ſe pn̄t qn̄ extra cōſiderationeȝ ſunt latēt: vtrū ſint vel nō ſint: ex neceſſitate ergo ſcibile eſt. Sempiternū ergo. Nā q̄ ex neceſſitate ſunt ea plāe oīa ſempiterna ſunt. Sempiterna aūt ſine generatiōe ⁊ corruptiōe. Inſup oīs ſciētia vr̄ eſſe docibilis: ⁊ qđ ſciri pōt idem pōt doci. Doctrina vero oīs ex ante cognitis fit vt in reſolutiuis dicim⁹. Nam aut per inductioneȝ: aut per ſyllm̄. At inductio principij eſt ⁊ vniuerſalis. Syllogiſm⁹ autē ab vniuerſali. Sunt ergo principia ex quib⁹ ſyllogiſmus. Quorū aūt nō eſt ſyllogiſmus: eorum inductio eſt.

Doctrīa oīs ex ante cognitis fit.



¶ Eſt igitur ſcientia habitus demonſtratiu⁹ ⁊c̄. vt in reſolutiuis diffiniuim⁹. Cum eniȝ fidē quodāmō adhibet qs ⁊ principia ſibi nota ſunt ſcit. Naȝ ſi nō magis diſcurſu cōcluſionis per accn̄s habebit ſciam. De ſcia ergo in hunc modū determinatū ſit.

¶ Quartū capl'm in quo enumerat habitus ſcḋm quos aīa verū dicit qui ſunt ars: prudētia: ſapīa: intell'ꝰ: ꝯſīr tradens de ſciētia ꝙ ſcibile eſt neceſſariū eternū ingenitū incorruptibile: ⁊ ꝙ ſcia docibilis diſcibilis ⁊ ex precognitis principijs quorū: ſed inductio ex quibus ꝯcludit qđ ſcia: ⁊ ꝙ p̄ncipia ſciunt̄ magis ꝯcluſione. B. 4

Tactio vtriuſq; partis intellect⁹: intēdo actiue ⁊ ſpeculatiue ē veritas. i. fides: ſiue credulitas ⁊ habitus ꝑ quos ſumit fideȝ: quelibet earum electe ſunt eis vt ī plurib⁹: intēdo ꝑ habit⁹ ſciſs: ⁊ illi in quib⁹ ſumit fidē aīa ꝑ affirmatōeȝ ⁊ negationē: intendo ſumit fidem in negatione ⁊ affirmatione: ſunt quinq; facultas: intēdo artē: ⁊ ſcḋa eſt ſcia: intēdo ſpeculatiuā: ⁊ tertia eſt prudētia: ⁊ quarta ſapiētia: ⁊ quīta intellect⁹. Imputatione aūt ⁊ arbitratiōe polis eſt falſitas: ideoq; nō opȝ cōnumerari habit⁹ verificis. ¶ De ſcia aūt manifeſtū eſt: qm̄ nō eſt poſſe in ea eſſe falſitatē ſi opȝ vt p̄ciſe dicam⁹ in ea neq; dubitem⁹. oēs .n. vident ꝙ ſcia vera in vltimo eſt illa q̄ non pōt eſſe ꝑ modū aliuȝ extra aīam: intendo q̄ non pōt ꝑmutari ad oppoſitū. qđ aūt poſſe eſt eē ꝑ modū aliū p̄ter modū illuȝ ſcḋm quē ſcit̄: intēdo vt ꝑmutet̄ extra aīam hoc occultuȝ eſt abſq; certitudine: intēdo ſi eſt aut nō. Cūq; fuerit ſcia certitudinalis ens illa que nō ꝑmutat̄: tunc ſcitū per ipſaȝ eſt neceſſariuȝ: ⁊ neceſſariū ſempiternū: ergo ipſuȝ neceſſariū tādē: ⁊ hoc qm̄ oē qđ fuerit neceſſariū abſolute eſt ſempiternū: ⁊ ſemp ſempiternū eſt qđ neq; gn̄at̄ neq; corrūpit̄. ¶ B. Videt̄ aūt ſcia oīs diſciplina ⁊ ſcibile ⁊ diſcibile eē: verū tn̄ iam dictū in libro demrātiōis ꝙ oīs diſciplina equidem fit ex rebus quarꝝ p̄ceſſit ſcia: ⁊ ſunt ꝓpōnes vl'es prime. attn̄ ille accipiunt̄ ⁊ dicunt̄ ex pte dictionis: intendo ex parte allocutiōis per eas ⁊ ſed cōcluſio accepta ab his ꝓpōnibus addiſcit̄ ex parte ſylli compoſiti ex his ꝓpōnibus. Erit igitur ꝙ oīs ſcibilis addiſcit̄ aliqd ex parte ſermonis ipſiuſmet: intēdo anteceſſionē ſciētie ſignificatiōes vocabulorum: ⁊ aliqd addiſcit̄ ex parte ſciēdi ꝓpōnes ſylli ⁊ ſyllm̄. Et propoſitiōes ex quib⁹ ſcitur ꝯcluſio nō ſciunt̄ per ſyllum: ſed ſciunt̄ quedeȝ ex pte ſignificatiōis vocabulorꝝ. p̄ncipiuȝ igitur diſcēdi ꝓpōnes vl'es eſt ſcia ſignificatiōis vocabulorꝝ: ⁊ p̄ncipiū ſcie ꝯcl'onis eſt ſcia ꝓpōnū vl'ium: ⁊ cū hoc ſic ſit: tunc ſcia ſimplr' eſt habit⁹ demonſtrationalis: intendo ꝙ eſt forma demonſtratiōis cōcollecta in aīa ex ꝓpōnibus ⁊ ꝯcl'one ⁊ ceteris rebus cōditiōatis in demrātōe: ex eo ꝙ iam nūeratū eſt in libro demrātiōis. Qn̄ igit̄ ꝯtingit alicui credulitas rei alicuius ⁊ fuerint principia prīa illi⁹ rei nota apud ipȝ: tūc iam ꝯtingit eis ſcia illi⁹ rei. Si vero nō fuerint nota apud ipſum eſt ſcia eius apud ipſuȝ ꝑ modū accn̄tis. ¶ B. Sufficit aūt diſtructio ſcie in hoc loco ſcḋm hanc quātitatē cū intentio hic de ipſa ſit diſtinguere eaȝ ab alijs.

Principiuȝ diſcēdi ꝓpoſitiōes vl'es ē ſcia ſignificatiōes vocabulorꝝ.

Eius vero qđ recipit aliter ſe hr̃e quiddam eſt qđ fieri: quiddaꝫ eſt qđ agi põt. Eſt autẽ aliud facere: aliud agere. credimus aũt his externis quoq3 ſermõnibus. Itaq3 habitus cuꝫ rõne actiuus aliud eſt q̃3 habitꝰ cũ rõne factiuꝰ: nec alter in altero cõtinet̃. Nã neq3 actio eſt factio: neq3 factio eſt actio. cuꝫ aũt edificatiua ſit ars quedã ⁊ habitus qdaꝫ cuꝫ rõne factiuus nec vlla neq3 ars ſit q̃ nõ cũ rõne factiuꝰ habitus ſit: neq3 talis habitꝰ qui nõ ſit ars: ideꝫ vtiq3 eſſet ars ⁊ habitus cum ratione vera factiuus. Omnis aũt ars in faciẽdo verſat̃ ⁊ artificio vti ⁊ mẽte ꝑſpicere vt aliqd fiat eoꝝ que pñt ⁊ eſſe ⁊ nõ eſſe: ⁊ quoꝝuꝫ principiuꝫ in faciente eſt, non aũt in eo qđ ſit. Non eniꝫ eoꝝ que neceſſario ſunt aut ſiunt ars eſt: neq3 eorum que ſunt ſm nãm. Nam hec in ſeipſis hñt principia. Cuꝫ ergo facere ⁊ agere diuerſa ſint: neceſſariuꝫ eſt vt ars in faciẽdo at nõ in agẽdo cõſiſtat. Et circa eadeꝫ quodã mõ verſat̃ ars ⁊ fortũa vt Agathõ inqt. Ars fortunã adamauit: fortũa artẽ. Ars igit̃ vt diximꝰ habitus qdã cũ rõne vera factiuꝰ eſt. Inertia vero ꝯ rõne falſa habitus factiuus circa id qđ aliter ſe hr̃e põt.

*Ars eſt habitꝰ cũ rõne ṽa factiuꝰ.*

5 ¶ Quintuꝫ capl'm de arte qđ ẽ: ⁊ qđ differt ab alijs habitibꝰ enumeratis: in quo diuiſo ꝯtingẽte in factibile/ ⁊ actibile oſtẽdit ꝑfectionē ⁊ actionẽ eẽ alteras: ⁊ nõ ſunt inuicẽ habitꝰ cũ rõne actiuũ ⁊ factiuũ eſſe ſimil'r alteros: deinde ꝙ ars eſt habitꝰ cum rõne vera factiuꝰ: ⁊ ꝙ ars eſt circa cõtingẽtia quoꝝ principiũ eſt in faciente ⁊ non in facto: ꝙq3 ipſa eſt factionis nõ actiõis: ⁊ ꝙ ipſa ⁊ fortuna verſant̃ circa eadem: tandẽ ex cõparatõe eius qđ qđ eſt ars qđ atechim eſt cũ rõne falſa factiuus habitus circa cõtingens. D.

Scientia vero cuius ſcitũ poſſe eſt eẽ ſm aliuꝫ modũ ab eo ſm quẽ ſcitum eſt diuidit̃ in duas diuiſiões: vna quaꝝ eſt ſcĩa artificiãs: altera efficiẽs. eteniꝫ res artificiate alſe ſunt a rebꝰ effectiuis per cõſiliationẽ: ⁊ res effecte ſm dictionẽ famoſam ſunt res cõferẽtes in vita: ⁊ opꝫ quideꝫ vt hic recipiamus dictiones famoſas magis q̃ in alio loco. Cumq3 ſit artificiatum aliud ab effecto: tunc habitus animalis artificiãs qui ſit cuꝫ ratione alius eſt ab habitu animali efficiẽte qui ſit ẽt cum rõne. Eteniꝫ carpentaria ⁊ qđ ſimilat̃ ei ex ceteris artibus eſt habitꝰ cũ rõne: ⁊ nõ eſt habitꝰ qs efficiẽs cuꝫ rõne veridica: ⁊ oĩs ars eſt pp fieri rei illius ad quã eſt ars tantũ: nõ ĩntendo ꝙ finis eius eſt exiſtentia rei artificiate: ⁊ artificiata ſunt res quarũ ꝑncipia ab ex̃ ſunt: intẽdo in efficiẽte nõ in efficiẽdo: q̃m ars nõ agit illud qđ ſit p neceſſitatẽ ⁊ p nãm: ⁊ hec ſunt quoꝝ ꝑncipia ſunt in ſemetipſis. hec eñ eſt drĩa inter artificiatũ ⁊ naturatũ. Cũq3 ſit factio aliđ ab artificiatiõe: ⁊ artificiatuꝫ aliđ ab effecto: tũc neceſſariuꝫ eſt vt ſit ars ꝓpria artificiato abſq3 effecto niſi fiat per modũ fortune ⁊ euẽtus. Eteniꝫ in arte accidit multotiẽs qđ eſt a caſu: intẽdo ex actionibꝰ dãniferis ⁊ vtilibus: ⁊ pp hoc dixerũt quidã antiquoꝝ de ea ꝙ eſt germana caſus: ⁊ quãdo ſic eſt: tũc ars habitus cõis artificiãs cũ ratione veridica: ⁊ terminus nõ artis eſt cõtrariuꝫ huius termini: intẽdo habitꝰ artificiãs cũ rõne mẽdacij. Cap. 6.

De prudẽtia vero ſic vtiq3 accipiemus ꝯſideratione habita q ſunt hi quos prudẽtes vocamus. Videt̃ prudẽtis eſſe viri bene cõſulere poſſe circa illa q̃ ſibi bona ⁊ vtilia ſunt: nõ particulariter: puta q̃lia ad ſanitatẽ vel robur: ſꝫ vl'r ad totius vite ſtatũ bene dirigẽdũ. Signũ vero huius ꝙ circa qđ prudẽtes dicimus eos q ad finẽ aliquẽ ſtudioſuꝫ acute excogitãt illa in quibꝰ nõ eſt ars. Quãobrẽ ⁊ vl'r prudẽs eſt cõſultatiuꝰ: ꝯſultat aũt nemo de his q̃ ipoſſ'ia ſũt al'r ſe hr̃e: neq3 de his q̃ ipſe agere nõ põt. Quare ſi ſciã eſt cũ demõſtratiõe. Quoꝝ aũt ꝑncipia al'r ſe hr̃e pñt: hoꝝ nõ eſt demõſtratio: naꝫ oĩa pñt mutari: neq3 locũ hꝫ cõſiliuꝫ in his que ex neceſſitate ſunt. Prudentia non vtiq3 ſcientia erit nec ars: ſciã q2 id qđ agit̃ põt aliter ſe hr̃e: ars q2 alius eſt finis agẽdi q̃3 faciendi. Reſtat ergo vt prudentia ſit habitus verus cũ rõne q in his agẽdis verſatur q̃ ſunt homini bona ⁊ mala. naꝫ faciẽdi quidẽ alius finis: agẽdi ṽo nõ alius eſt. Eſt enim idipſuꝫ finis bene agere: ob hoc Pericleꝫ ⁊ alios hmõi prudẽtes dicimus ꝙ illa q̃ ſibi ⁊ alijs vtilia ſunt ꝑſpicere valẽt. Eſſe aũt hmõi putamus illos q publicis priuatiſq3 rebus adminiſtrãdis ſunt apti. Unde temperantia dĩ prudẽtie cõſeruatrix: cõſeruat eniꝫ hmõi iudiciũ. Nõ enim totuꝫ iudiciũ corrũpit ac peruertit voluptas ⁊ dolor: veluti ꝙ triãgulus duobus rectis eq̃les hꝫ vel non hꝫ. Sed illud qđ agẽdo verſat̃. principia eñ rerũ agendaꝝ ſunt quoꝝ gratia illa agunt̃. Ei aũt q corruptus eſt ob voluptatẽ vel dolorẽ repente nõ apparet ꝑncipium:

neqꝫ oportere gratia huius: neqꝫ pp hoc ſuſcepiſſe oīa ⁊ egiſſe. Nã vitiũ corruptiuũ ꝓncipij. Itaqꝫ neceẽ eſt prudentiã eſſe habitũ cum rõne vera qui in his agẽdis verſaꝛ q̃ ſunt hoībus bona atqꝫ artis quidẽ eſt virtus: prudẽtie ṽo nõ eſt. Et in arte qdẽ is qui ſponte delinqt potior eſt. In prudẽtia vero ꝫ queãdmodũ ⁊ in ṽtutibꝰ. Patet igiꝛ ꝙ ṽtus q̃dã eſt ⁊ nõ ars. Cũ vero animi due ſint particule rõnẽ habẽtes: alia vtiqꝫ erit ṽtus opinatiui. Nã opinio ⁊ prudẽtia circa id eſt qđ recipit aliter ſe hr̃e atqꝫ nec habitus cum rõne ſolus. Signũ erit ꝙ obliuio eiuſmodi habitus eſt: ſꝫ prudẽtie non eſt.

6 ¶ Sextũ capl'm de prudentia ꝑmo ꝙ prudẽs eſt qui põt bene cõſiliari circa ipſius bona ⁊ cõferentia non ſm partẽ ſꝫ ad bene viuere totũ: quare prudẽs totaľr cõſiliatiuus: ⁊ q̃ cõſiliatio neqꝫ de neceſſarijs eſt neqꝫ impoſſibilibus: ⁊ ꝙ prudẽtia neqꝫ ſcĩa eſt neqꝫ ars: ſed habitus aliquis cũ rõne actiuus circa hoīs bona ⁊ mala cui non alteruꝫ: ſed eupraſia finis: qđ manifeſtũ ex eo ꝙ oẽs dicũt tales prudẽtes q ſibi ⁊ alijs pñt bona ſpeculari quales diſpenſatiui ⁊ politici: ⁊ ex eo ꝙ temperantia. i. ſophoſim dicta eſt velut ſaluans prudentiã: qđ pꝫ ex eo ꝙ intẽperantia nõ cõſpicit verũ finẽ: ⁊ ſic corrũpit prudentiã: ex quibꝰ cõcludit prudentiã eſſe habitum cum rõne vera circa humana bona operatiuum: deinde ꝙ differt ab arte eo ꝙ artis virtus eſt prudentie non: ⁊ ꝙ volens peccans in arte eligibilior circa prudentiam econuerſo: tandem ꝙ prudentia eſt non intellectiue: ſed opinatiue partis virtus: ⁊ ꝙ non eſt ſolum habitus cũ ratione in quo cõmunicat cũ arte: ſed factiuus circa humana bona cuius ſignuꝫ ꝙ artis obliuiſcimur: prudentie autem non. Dixit.

Nomen aũt prudẽtie abſolute dicimus de eis quibus eſt bonitas cõſiliationis in inuẽtiõe eius qđ eſt directius ⁊ vtilius hoībus nõ in parte vna ex particularibus vtilibꝰ vt vtilibꝰ in ſanitate ⁊ robore ſed in oībus particularibꝰ in quibꝰ exiſtit cõmoditas viuẽdi. ¶ Et ſignũ huius eſt ꝙ noīamus prudẽtes eos qui poteſtatẽ hñt verſandi cogitatũ ad inueniẽdũ finẽ nobilem. ⁊ hoc in rebus q̃ inueniunꝛ abſqꝫ arte ⁊ magiſterio. vľr ergo prudẽtes ſunt illi qui pñt inuenire per cogitatũ ſuum res cõferẽtes ⁊ res nocẽtes: ⁊ nõ verſaꝛ aliquis cogitatũ ſuũ: queãdmodũ dictuꝫ eſt in impoſſibilibus neqꝫ in neceſſarijs. ¶ Et ſciẽtia quideꝫ in rebus in quibus eſt demonſtratio: ⁊ demonſtratio quidẽ eſt in neceſſarijs. Itẽ igiꝛ prudẽtia nõ eſt ſciã: neqꝫ etiã eſt magiſteriũ: ſcĩa quidẽ non eo ꝙ ſcitũ impoſſibile eſt aliter ſe hr̃e: magiſteriũ aũt nõ intẽdo artẽ eo ꝙ ſubiectum eius eſt diuerſuꝫ genere. Et cũ ſic ſit: tũc prudẽtia vľr eſt habitus aīalis efficiens cũ rõne veridica bonoꝝ humanoꝝ: ⁊ iam pꝫ ꝙ magiſteriũ aliud eſt a prudẽtia: eo ꝙ finis actionis inuente per cõſiliationẽ aliđ eſt ab inuẽto per cõſiliationẽ: finis aũt artis eſt ipſummet artificiũ. ¶ B. Prudẽtes aũt ſm veritatẽ ſunt illi q inuẽtione bona tm̃: ⁊ huius cauſa vidẽt hoīes ꝙ prudentes ſunt ſicut talis ⁊ talis: ⁊ qui fuerunt famoſi prudentes apud eos: eo ꝙ potentiam habuerunt ad inueniendũ bona que fuerũt bona eis ⁊ hoībus: ⁊ viderunt ꝙ ſimiles hoꝝ induſtriã hñt ad cõſtituẽdũ quodãmodo viuẽdũ in domo ⁊ in ciuitate: intendo eos qui potentiaꝫ hñt gubernãdi ꝓpriã familiaꝫ ⁊ rẽpu. ¶ B. Ideo nomen caſti in greco deriuatũ eſt a noīe prudẽtis. prudens. n. eſt q cuſtodit opinionẽ ſuam ne corrũpant eaꝫ meror aut gaudiuꝫ: intẽdo dilectioneꝫ ⁊ cõcupiſcẽtiaꝫ: ſicut cuſtodit caſtus actionẽ ſuaꝫ ne corrũpat eaꝫ delectatio vel voluptas: ⁊ eſt qdeꝫ ſic eo ꝙ non oīs opinio corrũpiꝛ a voluptate ⁊ triſtitia: corruptio namqꝫ credulitatis ꝙ tres anguli triãguli ſunt equales duobꝰ rectis non ſit ex parte voluptatis ⁊ triſtitie: ſed ex parte corruptiõis ꝓncipiorũ q neceſſariã faciũt corruptionẽ credulitatis tm̃. Opinio aũt prudentialis corrũpiꝛ qdeꝫ ex iſtis duabus: intendo ex parte corruptiõis ꝓncipioruꝫ: ⁊ grã delectatiõis ⁊ triſtitie: ⁊ corruptio eius que ſit ex parte delectatiõis ⁊ triſtitie ſtatiꝫ appet: intẽdo ꝙ magis apparet q̃ corruptio que ſit ex parte ꝓpõnum. Cumqꝫ opinionẽ prudẽtialẽ certã non comitet corruptio ex parte cõcupiſcentie: tũc de neceſſitate prudẽs nõ eliget res ambas ſimul: intẽdo ad inuentionẽ boni ⁊ mali: eo ꝙ inuẽtio mali eſt ꝓncipio corrupto ex parte concupiſcentie: ⁊ diſtinguunꝛ ẽt: eo ꝙ inuentio mali eſt ab habitu malitioſo: ⁊ cuꝫ ſic ſit: tũc prudẽtia ſm veritateꝫ eſt habitus effectiuꝰ cũ rõne veridica bonoꝝ humanoruꝫ. ⁊ pp hoc magiſteriuꝫ indigens eſt virtute. Prudentia aũt fere eſt ipſa virtus: ĩaqꝫ qui male agit in magiſterio ⁊ peccat volũtarie melior eſt eo q peccat in prudẽtia: ⁊ eſt deterius in prudentia: queãdmoduꝫ in virtutibꝰ: ⁊ ex hinc appet ꝙ prudẽtia virtꝰ q̃daꝫ eſt ⁊ nõ magiſteriũ: intẽdo arteꝫ. ¶ B. Et ex quo eſt iſte habitus partis aīe que hꝫ rõnẽ: intendo parteꝫ rõnalẽ: tunc ergo iſte habitus: intẽdo prudẽtialeꝫ: eſt virtus illius partis que hꝫ putationeꝫ. putatio. n. eſt in rebus cõtingẽtibꝰ: ⁊ iſte habitꝰ q eſt prudẽtia eſt ẽt in cõtingẽtibꝰ: ⁊ nõ eſt prudentia habitus rõnalis tm̃: ⁊ huius ſignũ eſt: q̃m oīs habitus veridicus ꝓportionaꝛ huic parti: intendo rõnalem: ⁊ non proportionatur omnis habitus veridicus prudentie. Cap. 7.

Quia vero ſciẽtia de vľibꝰ eſtimatio eſt ⁊ de his que ſunt ex neceſſitate. Sũt aũt ꝓncipia demonſtrabiliũ ⁊ totius ſcĩe. Nam cũ rõne eſt ſcĩa ꝓncipij eius qđ ſciri põt: neqꝫ ſciẽtia vtiqꝫ erit nec ars neqꝫ prudẽtia: nã qđ ſcibile idẽ demonſtrabile. Ille ṽo ſunt circa ea q̃ aliter ſe habere poſſunt. Sed nec ſapiẽtia hoꝝ eſt: naꝫ ſapiẽtis eſt de quibuſdã demonſtrationẽ habere. Si ergo in quibꝰ rei ſumus nec vnq̃ꝫ fallimur circa illa que non recipiũt aut recipiunt aliter ſe habere ſciẽtia ⁊ prudẽtia eſt ⁊ ſapientia ⁊ intellectus: nullũ vero hoꝝ triuꝫ recipit eſſe.

Dico autem tria: prudentiam: ſapientiā: ſcientiā: reſtāt ⁊ intellectus principiorum.

7 ¶ Septimū capl'm de intell'u ꝙ cum neqꝫ ſcia neqꝫ ars neqꝫ prudētia neqꝫ ſapiētia ſit: ꝑncipioꝝ relinquit intell's eſſe. ipſoꝝ. B.

NEqꝫ apprehēſio ꝑncipioꝝ ſcia eſt. nā ſcia eſt ex habitibus veridicis: ⁊ eſt apprehēſio rerū vl'iuꝫ neccīarum ex rebus q̄ ſunt de neceſſitate ꝑma demonſtrationis. intēdo ꝓpōnes ꝑmas: ⁊ hoc qm̄ oīs qȯ eſt preter ꝑncipia ſcia eſt ꝑncipioꝝ: aut nō eſt ſcia: intendo ꝙ non ſciunt ex parte alterius a ſe: imo ſciunt quidez per ſeipſa: neqꝫ etiā ſcia magiſteriuꝫ eſt eoꝝ res neccie non fiunt per artē: ⁊ res facte per artē ſunt res cōtingētes. ¶ B. Et ea per que poſſibile eſt vt veraces ſimus neqꝫ mentiamur in rebus neceſſarijs tria ſunt: ſciētia: ſapiētia: intell's. Cum aūt intellectus ꝑncipiorū primoꝝ ſit: intendo ꝓpōnes intellectas primas: tunc non eſt prudētia: neqꝫ ſcientia: neqꝫ ſapientia. Cap. 8.

SApientiaꝫ vero in artib⁹ tribuimus illis qui excellētiſſimi ſunt: velut Phidiā lapidaꝝ ſapientez: ⁊ Policletū ſtatuariū: nihil aliud in hoc pro ſapiētia intelligētes q̄ꝫ virtutē artis. Sed eſſe quoſdā ſapiētes putamus in totū nō ſm̄ partē: nec aliȯ qd ſapiētes vt Homerus de Margite dixit: hūc neqꝫ foſſorez dij fecerāt neqꝫ aratorē: nec aliud quiddā ſapientē. Itaqꝫ manifeſtuꝫ ꝙ exactiſſima ſciētiarū vtiqꝫ erit ſapiētia. Opꝫ ergo ſapiētē: nō ſolū ea que a ꝑncipijs manant ſcire: verū etiā circa ꝑncipia veritatem tenere. Itaqꝫ ſapiētia vtiqꝫ erit intell's ⁊ ſcia ac veluti caput hn̄s ſcia ꝑcioſiſſimoꝝ. Eteniꝫ foret abſurdum ſiqs putet ſcientiā ciuilem aut ſciam ſtudioſiſſimā eſſe niſi optimū eoꝝ q̄ in mūdo ſunt hō exiſtit. Quippe ſi ſanū ⁊ bonū. aliud eſt hoībus aliud piſcibus. Albuꝫ vero ⁊ rectū idē eſt ſemꝑ ⁊ ſapiēs idē oēs vtiqꝫ dicerēt. Prudēs vō aliud: ꝓuidere eniꝫ circa ſe recte ſingula diceret eē prudētis ⁊ huic iſta tribuerēt. Quāobrē ⁊ beſtiarum quaſdā prudētes eē aiunt: quecūqꝫ circa vitā ſuam ꝓuidentiā hr̄e videnť. Manifeſtū ꝙ nō eſt ciuilis ⁊ ſapiētia idē. Nā ſi dicāt circa cōmoditates ꝓprias verſari ſapiētiā: plures aūt ſapiētie: nō eñ circa oīuꝫ cōmoduꝫ aīaliū vna eſt: ſꝫ alia circa ſingula ipſoꝝ niſi ⁊ medicina



eſt vna de oībus. Q: ſi qꝛ optimuꝫ eſt hō oīum aīalium nihil refert: naꝫ alia ſunt multo diuiniora q̄ꝫ hō ſm̄ nāꝫ veluti iſta ꝑclariſſima ex quib⁹ mūdus ꝯſiſtit. Ex dictis ergo pꝫ ꝙ ſapiētia eſt ſcia ⁊ intell's ꝑcioſiſſimoꝝ natura. Sapiētia ē reſpectu diuinoꝝ.
Quapropter Anaxagorā ⁊ Thalē ⁊ hmōi hoīes ſapiētes eſſe dicūt: ſed non prudētes qꝛ vidēt illos ꝓpria cōmoda ignorātes: ⁊ illa que ſunt eximia quidē ⁊ admirāda: ⁊ difficilia ac diuina ſcire ipſos aiunt: inutilia tn̄ qm̄ non humana querūt bona. At prudentia circa humana verſať: ⁊ circa illa in quibus cōſiliū hꝫ locū. Nam prudētis hic maxīe opus eſſe diximus bene cōſulere. Nemo aūt cōſultat de impoſſibilibus aliter ſe hr̄e: neqꝫ de his oībus quoꝝ nō eſt finis aliquis ⁊ hoc agibile bonum. Simpl'r aūt bene cōſulere dicēdus eſt ille qui qȯ optimum homini in reb⁹ agēdis id rōcinado cōiectura aſſequiť: neqꝫ prudētia eſt vl'iuꝫ ſolū verū ēt ſingularia opꝫ cognoſcere: naꝫ actiua quidem eſt. Actio aūt in ſingulis verſať: ex quo fit vt quidē neſciētes quibuſdā ſciētibus efficaciores ſint in agēdo ⁊ inter ceteros q experimentuꝫ habēt. Naꝫ ſiquis ſciat ꝙ leues carnes facile digeruntur: ⁊ ſalubres ſunt: ſꝫ que ſint leues carnes ignoret: non faciet ſanitatē. Sed qui ſcit ꝙ auiū carnes leues ſunt ⁊ ſalubres faciet magis: prudentia vō actiua eſt. Itaqꝫ opꝫ vtrāqꝫ hr̄e aut hāc magis ⁊ erit vtiqꝫ hic veluti quedam ceteris preſidēs atqꝫ dominans. Propť qȝ q̄dā neſciētes q̄buſdā ſciētibus in agēdo efficaciores ſť. vide ꝯſi'le ī ꝓhemio metaphy.

¶ Octauuꝫ capl'm de ſapiētia. ꝑmo ꝙ dupl'r dr̄ particulariter. ſ. vtus artis: ⁊ totaliter q̄ eſt certiſſima ſciētiarū: ⁊ circa q̄ ex ꝑncipijs: ⁊ circa ꝑncipia veridica: vn̄ ⁊ ſimul eſt intell's ⁊ ſcia ⁊ vt caput hn̄s ſciētia honorabiliſſimoꝝ: deinde ꝙ ſapiētia nō eſt prudētia ꝑꝑ prudentiā nō eſſe ſtudioſiſſimā: ⁊ ꝑꝑ ipſaꝫ eē alijs alterā: ſapientiā aūt eandē ſemꝑ ꝑꝑ qȯ neqꝫ eſt ſapiētia politica poſtea ꝙ ſapiētia eſt ſcia ⁊ intell's honorabiliſſimoꝝ natura. deinde tūc ꝙ ſapiētia eſt altera a prudētia per ꝑhos dictos ſapiētes: non aūt prudētes: qꝛ ignorātes cōferentia ſibi cum prudētia ſit circa humana: ⁊ de quibus eſt cōſiliari ꝙ non eſt de neceſſarijs neqꝫ de his quoꝝ nō eſt finis bonū operabile cū bonus cōſiliator ſit ſm̄ rōnem cōiectatiuus optimi operabiliū homini: tandeꝫ qꝛ altera ꝑꝑ prudētiam eſſe non ſolū vniuerſaliū: ſed ⁊ ſingulariū ꝑꝑ qȯ experti magis actiui quib⁹ ſciētibus ⁊ experiētia eligibilior ſcientia: ſilicet ſit architectonica in actibus. Dixit. 8

T cū ſapiētia ꝓportionet in artib⁹ ⁊ magiſterijs eis
qui ſunt periti in ipſis ⁊ excellentes: tunc manife/
ſtum eſt ꝙ ſapiētia nō ſignificat ſup aliud niſi ſup vir/
tutem magiſterij. Si ergo fuerit hoc magiſteriū in fine
certificatōis: tunc palā eſt ꝙ de illo dicet ſapiētia abſo
lute nō ſapiētia alicuius. ¶ Et manifeſtū eſt: qm̄ ſapiē
tia cui inuenit iſte modus ex ſcīa: intēdo certificatiuā
eſt illa que cognoſcere facit pricipia: intēdo principia creditōis ⁊ prin
cipia exiſtētie cognitione certitudinali. ⁊ ꝑꝑ hoc neceſſariū eſt ſapiēti
vt nō ſolū ſciat ꝙ eſt poſt principia: ſ; vt ēt cognoſcat principia ſcīa
exquiſita in fine certitudinis: intēdo ꝓpōnes: ⁊ cū ſic ſit: tunc erit ſa/
pientia ⁊ intellect⁹ ⁊ ſcīam ex reb⁹ honorabilib⁹ valde in fine. Incon
ueniēs enī; eſt vt aliqs putat ꝙ ſcīa ciuilis ⁊ prudētia ſint in fine ex
virtute niſi credat ꝙ hō ſit nobiliſſimū qđ eſt in mundo. ſi autē; fue/
rint hic res nobiliores hoīe: tunc ſcīa illarū ⁊ intellect⁹ earū eſt nobile
illud qđ eſt in vltimo. ¶ B. Et oēs vidēt ſapientē aliū eſſe a prudēte:
ideo ꝙ prudēs apud eos eſt qui opinat opinionē rectā in oīb⁹ q̄ agit
hō ꝑꝑ ſeipſa: ⁊ que eligit ꝑꝑ ſeipm̄: ⁊ placide accipiūt eius eligentia;
hoīes ⁊ cōfidūt in ipſius cogitatiōe. ⁊ ꝑꝑ hoc dicunt hoīes de qbuſdā
ferarū ꝙ ſint prudētes ⁊ ſunt ille que habēt potentiā ad ꝓuidendū ⁊
laborāt ad gubernandū ſeipſas labore ſtudioſo. ¶ B. Eſt etiā mani/
feſtū ꝙ nō eſt ſapiētia ⁊ ſciētia ciuilis res vna eadē. nam ſi aſſerat qs
ꝙ ſapiētia quidē ſit in ſciētijs cōferētib⁹ homini: tunc erunt ſapientie
multe: ⁊ quēadmodū vtilitatē ferētia oībus aīalibus non ſunt vna
niſi exiſtēte medicina vna oībus ſpēbus aīaliū: ſilr cōferēs cognitio
hoīum nō eſt res vna eadē. ¶ Si aūt dicat hoc eoꝙ hō nobilior eſt
ceteris aīalibus: intēdo ꝙ cognitio cōferētis ei eſt ſapiētia ⁊ eſt nobi
lior rerū: tunc nō eſt hoc quidē rectū cū; ſint hic res diuine que nobi/
liores ſunt hoīe: vt res que ſunt ꝑncipia ex quib⁹ cōſtitut⁹ eſt mūdus,
⁊ cū ſic ſit: tūc notitia iſtoꝝ ꝑfecte eſt ſapiētia nō notitia rerū cōferen
tiū. Jam ergo p; ex eo qđ dictū eſt ꝙ ſapiētia eſt intelligētia ⁊ ſcien
tia illa que eſt in reb⁹ honoratis valde naturalr: intendo que ſunt in
fine honorabilitatis. ¶ Et ꝑꝑ hoc dicim⁹ ꝙ Plato ⁊ Socrates ſunt
ſapiētes: ⁊ nō dicim⁹ ꝙ ſunt prudentes: cū videam⁹ eos ignoraſſe res
bonas ſibi ipſis. ¶ Et dicim⁹ qm̄ ſciuerunt res multas: ⁊ res admira
das ⁊ res difficiles ⁊ venerabant illas: ⁊ ſi nō fuerint cōferētes: eo ꝙ
ipſi nō regrebāt bona cōferētia humana ſ; diuina. prudētia aūt eſt
bonis humanis ⁊ in quib⁹ poſſe eſt vt verſet conſiliū. intēdo vt diſpi
ſent. Eteni; actio prudētiū ſm plurimū quidē eſt verſationis cōſilij.
nemo aūt vt diximus verſat conſiliū in rebus quas impoſſe eſt aliter
eſſe: ⁊ ſunt res neceſſarie: neq; etiā aliquis verſat ꝯſiliū in his in qui
bus nō eſt cōplementū: intēdo finē. ¶ B. Et prudēs pollens conſilio
abſolute eſt ille q arbitrat cogitatiōe quid ē melius homini ex factis
⁊ inuenit ipm̄: ⁊ nō eſt prudētia cōpleta cognitio vniuerſaliū ex reb⁹
cōferentib⁹ tm̄ ⁊ ipſoꝝ inuentio. Sed oportet prudentem ſcire res
vniuerſales ⁊ particulares ſimul: ꝓpterea ꝙ hec ſcientia eſt operati
ua; ⁊ operatiuum quidē circa particularia eſt. ¶ Et ꝓpter hoc inueni/
mus quoſdā hominū minus ſcientes. V. g. in arte medicine operan/
tes melius quibuſdā plus ſcientibus de vlībus ⁊ ſunt illi quorū mul/
ta explicata eſt experiētia plus q̄ eorū ſcīa: ſ; apud quē eſt ſcīa vlis abſq;
pticulari huic nō eſt poſſe opari qcq̄ ꝑ eā. Sciēs. n. ꝙ carnes leues bo
ne ſunt ad digerēdū ⁊ cōuenietes ſtomacho. nō ſciēs aūt que carnes
ſunt nō operabit per eas penitus: ſciēs vero ꝙ pulli ſunt bone dige/
ſtionis pōt ꝑ eos opari ſanitatē: ⁊ cū ſic ſit in oīb⁹ reb⁹ opatiuis ⁊ ſit
prudētia opatiua: tūc neceſſe eſt vt ſint ei res ambe: intēdo vlē ⁊ pti/
culare: ⁊ melior. n. eſt cū vtraq; q̄ cū alterutra eaꝝ.

Apud quē; eſt ſcīa vlis abſq; pticulari nō ē eſ poſſe operari qcq̄ ꝑ eā;.

Cap. 9.

Est aūt ⁊ prudētia idē habit⁹ ⁊ ciuilis: eſſen/
tia tamen nequaq̄; eadē eſt ipſis. Eius aūt
que circa rēpu. verſat alia eſt veluti ꝓſidēs
quedā ac magiſtra prudētia in legib⁹ feren
dis: alia in ſingulis agēdis cōſultādiſq; ver
ſat que cōi noīe ciuilis dr. Decretū enī; agibile ē vt po
ſtremū. Quapp hos ſolos aiunt rēpub. agere. Soli enī
hi agunt quēadmodū manuales artifices. Videt autē;
⁊ prudētia maxime eſſe que circa ipm̄ ⁊ vnū verſat ⁊ h;
hec nomen prudentia. Illarū autē alia diſciplina rei fa
miliaris: alia poſitio legū: alia ciuilis dicitur. Spēs igit
quedā erit cognitionis ſibi cōmoda ſcire: ſed habet ma
gnam varietatē. Et videt qui illa que ad ſe ptinēt ſcit ⁊
in illis verſat prudens eſſe ciuilis ac negocioſi. Quapp
⁊ Euripides inquit: qm̄ modo prudēs eſſet cui ocioſo
aderat in multitudine cōnumerato exercit⁹ equū pcipe.
Nam ſolertes ⁊ agētes aliquid plus: querūt enī; ꝙ ſibi
ſit bonū ⁊ hoc agendū eſſe exiſtimant. Ex hac igit opi/
nione natū eſt hos eſſe prudētes q̄; q̄; forte non eſt eius
ſine diſciplina rei familiaris ⁊ ſine ciuili. Inſuper res
ſua cuiuſq; quēadmodū admiſtranda ſit obſcurū eſt ac
difficile cognitu. Huius vero ſignū eſt ꝙ iuuenes qdē;
⁊ geometre ⁊ mathematici fiunt ⁊ ſapiētes in hmōi. At
prudētes fieri nō vident. Cā hui⁹ eſt ꝙ ī ſingularib⁹ eſt
prudētia q̄ per experimētū; nobis īnoteſcūt: iuuenis āt
nō eſt exptus. Longitudo. n. tpis expientiā facit: nā ⁊ d
illo quis dubitabit. quare ſit ꝙ puer mathematic⁹ qdē;
fieri pōt: ſapiēs aūt vel phyſic⁹ nō pōt. An q: ꝑ exhauri/
tione eſt. Horū aūt experimēto principia: ⁊ hec quidē;
non credunt pueri ſed dicunt: hic autē quid ſint non eſt

Longitudo tpis expientiam facit.

abſurdū. Inſup erroꝛ aut circa totā rem in cōſulēdo exiſtit aut circa particularia. Aut eniꝫ ꝙ oēs pōderoſe aque pꝛaue ſunt aut ꝙ he pōderoſe. Q aūt pꝛudētia non eſt ſciētia manifeſtū eſt. Nam extremi eſt vt dixim⁹. Tale eniꝫ agibile. Oppoſitū eſt ergo intellectui. Nam intellectus eſt terminoꝝ quoꝝ nō eſt rō: hec vero extremi ſenſus nō ꝓpꝛioꝝ: ſꝫ queādmodū ſentim⁹ ꝙ in mathematicis extremū eſt triāgulus. Cōſiſtet eniꝫ ⁊ ibi: ſꝫ hic magis ſenſus q̄ꝫ pꝛudētia. Illius vero alia ſpēs eſt:

9 ¶ Nonū capl'm adhuc de pꝛudētia ꝙ ipſa ⁊ politica idēꝫ: ⁊ ꝙ politica duplex architectonica que legis poſitiua: ⁊ politica particularis actiua ⁊ cōſiliatiua ſm quā dñr ciuiliter cōuerſantes: ꝙ qꝫ pꝛudentia ſpālis circa ipm vnū que cōdiuidit generalē cū economica ⁊ legis poſitiua ⁊ politica: cuius ptes ſunt conſiliatiua ⁊ iudicatiua: ⁊ ꝙ pꝛudēs ſibi bonū ꝓuidēs nō eſt ſine economica ⁊ politica: cuius ſignum ꝙ iuuenes pñt eſſe diſciplinatiui: nō aūt pꝛudētes: pꝛudētia indigēte experiētia: q2 eſt circa ſingularia: experiētia vero multo tempoꝛe: et ꝙ quoqꝫ puer fit mathematic⁹: nō autē ſapiens vel phyſicus: q2 hec per abſtractionē eſt manifeſta: hoꝛū aūt pꝛincipia ⁊ experientia ⁊ inexptis īmanifeſta: deinde item ꝙ pꝛudens pꝛopꝛie indiget economica ⁊ politica pp eſſe peccatuꝫ in cōſiliādo vel circa cōe ⁊ circa ꝓpꝛiū: exq̄ item ꝙ pꝛudētia ⁊ ſcia altere tandē ꝙ pꝛudentia differt ab intellectu per hunc eſſe terminoꝛum quoꝛum nō eſt ratio. hanc vero ſingulariū ⁊ ſenſatoꝛum cōmuni ſenſu. Dixit.

PRudentia aūt ciuilis eſt cuius ꝓpoꝛtio ad alios habit⁹ pꝛudētie eſt ꝓpoꝛtio artis carpētarie pꝛincipalis ad alias artes pticulares que ſunt ſub ea: ⁊ iſta pꝛudētia ⁊ ars gubernandi ciuitates ſunt vnū ſubiecto ⁊ pꝛudentia ciuilis eſt cuius pꝛopoꝛtio ad alias pꝛudētias eſt ꝓpoꝛtio pꝛincipātis carpētarie ad reliquas pticulares artes carpētarias: ⁊ eſt pꝛudētia que ptinet poſitoꝛi legū: intēdo ꝙ ꝑ ipſam elicit cōſtōnes vtiles: aut in oī tpe: aut i plurib⁹: ⁊ hec eſt q̄ noīat pꝛudētia ciuilis ſm veritatē. ¶ Pꝛudētia vo ꝑ quā iuenit vtile ſm tps aliqđ ſi noīet ciuilis, hoc erit ſm pticipatione noīs. Et eſt quidē ſm veritatē opatiua ſicut aliqua rerū particulariū opabiliū. Dicit vero ciuilis eo ꝙ per iſtā pꝛudētiā fit cōmēſuratio ⁊ emēdatio peccati incidētis in ꝯſtōnib⁹ quas ꝓmulgauit dñs legū: intēdo poſitoꝛē rerū vtiliū inuentaꝝ per pꝛudentiā vlem: ⁊ per artē ⁊ per virtutē figuralē vlem: ⁊ ex iſto mō dr̄ de ꝓpoſito menſuris ⁊ pōderibus in ciuitate ꝙ ſit ciuilis: ⁊ eſt quidē ſm veritatē ſicut vn⁹ illoꝛuꝫ qui operantur opera pticularia vt artifices operantes manu. ¶ D. Et putat ꝙ nomē pꝛudētis dicit quidē ſm plurimū de ptātē habentib⁹ inueniēdi bona ſibiipſis aut ciuilib⁹ hominū nō de eis q poſſunt inuenire ꝙ bonū ⁊ meli⁹ ſimul de ciuitate vel reipu. aut vniuſcuiuſqꝫ maneriei hoīum: ⁊ nō eſt ita. Eteniꝫ hec pꝛudentia pticularis fit certa



q̄ñ extiterit poſt vlem cōem. Specierū autē pꝛudentiarū alie quidēꝫ ſunt regimen domeſticū: alie ciuile ꝓpꝛiū ⁊ cōe: alie conſiliatiuū: alie patrocinatiuū. ¶ D. Et foꝛtaſſis ſcire rem ad operandū altera maneries eſt ſcire q̄ ſcire eam tantū abſqꝫ opatione: imo in hoc diuerſitas magna exiſtit. ¶ D. Et putat de eis qui ſciunt bona ſibiipſis ⁊ pſeuerant in eoꝛū inuētiōe ꝙ ſint pꝛudētes: ciuiles aūt intēdo eos q adinueniūt bona cōia ſunt illi de qbus putat ꝙ multo ſint pſtantioꝛes in opatiōibus. ¶ Et pp hoc dixit poeta Euripides ſm ꝙ eſtimo q̄liter eſt poſſe ꝙ ſit pꝛudēs ille cui poſſe eſt accipere bonuꝫ abſqꝫ operatiōe laborioſa: ⁊ accipit ipm cuꝫ laboꝛe ⁊ multitudine operationis: vult vt eſtimo cuꝫ fuerit cōciuis facit ſe ſolitarium: verūtn̄ cum illi qui multū inſudāt operationibus inquirētes ſint per eas bonū ſibiipſis ⁊ iudicent oppoꝛtunū eſſe vt agāt iſtud: intendo opationes multas. videtur ꝓpter hoc ꝙ oēs pꝛudentes inquirāt quid bonū ſibiipſis. Attamē foꝛtaſſis nō erit illud poſſe abſqꝫ gubernatiōe ciuili: ⁊ vl' īmanifeſtū q̄liter opꝫ vt ingrat homo bonū ſibiipſi: an per modū quo ſingularis eſt aut quo eſt pars ciuiū. ¶ D. Et ſignū eius qđ dixit eſt. ſ. ꝙ pꝛudētia eſt quidē cū etate: ⁊ eſt ꝙ iuuenes inueniunt geometre ⁊ vl' boni in diſciplinabilib⁹ ⁊ hñtes notitiā rerū earūdēꝫ ſignificataꝝ: ⁊ nō ſunt pꝛudētes. Et cā in hoc eſt ꝙ pꝛudētia quidē exiſtit in adinuētiōe rerū particulariū: ⁊ ꝓpōnes per quas adinueniunt fiunt note quidem ex parte multe experiētie: ⁊ iuuenes nō ſunt multe experiētie: eo ꝙ lōgo tpe indiget multe expientie adeptio. ¶ D. Foꝛtaſſis aūt interrogabit quis quare inueniunt ex iuuenib⁹ periti in quadruuialibus ⁊ non in numeralib⁹: neqꝫ etiā inueniunt ſapiētes: intendo in metaphyſica: intēdo pꝛudētes: hui⁹ cā eſt: q̄m quedā ꝓpōnū iſtarū ſciarū accipiuntur ex ſcientijs alijs: ⁊ quedā cōpꝛehēdunt ex multitudine experientiarū ⁊ quaſdā earū nō eſt poſſibile credere iuuenes: ⁊ in quibuſdam earū nō ſunt manifeſti termini: neqꝫ manifeſtū eſt in eis ſi fuerit peccatū incidēs in ꝓpoſitione vniuerſali aut particulari: vt in iudicādo an iſta aqua mala: hoc eniꝫ indiget duarū ꝓpōnū verificatione: vna quarum eſt q̄m aque pōderoſe male: altera q̄m hec aqua pōderoſa. vult ꝙ difficilis ſit ſcia huius niſi pceſſerit ante id ſcia artis logices: ⁊ hoc nō erit niſi in longo tpe. ¶ D. Neqꝫ pꝛudētia eſt ſcientia eo ꝙ pꝛudentia eſt appꝛehenſio rei operate: ⁊ operatū oppoſitū eſt ſcito intellecto. Eteniꝫ intellectus nō appꝛehendit res particulares operabiles: pꝛudentia vero appꝛehenſio quidē eſt rerum ſenſibiliū: ⁊ ego nō intendo per ſenſibilia hoc qđ appꝛehendunt ſenſus: imo volo equidē per illud potentiam illam que ſentit ꝙ ſimplicius illud qđ eſt in figuris eſt figura triuum anguloꝛum ⁊ eſt phantaſtica: attamen phantaſtica que videre facit operabile pꝛopinquioꝛ eſt ſenſui q̄ phātaſtica que eſt in doctrina.

Intellectus nō appꝛehēdit res pticulares operabiles.

Cap. 10.

QUidendū eſt ⁊ quid ſit bene conſulere. Utrū ſcientia aliqua vel opinio vel bona coniectatio vel aliud quippiā genus ſcia quidē non eſt. Non eniꝫ querunt homines de quibus ſciunt. Bene conſulere autem conſulere.

habēs cōplemētuꝫ qđ nō eſt in tēpoꝛe. ꝑ V. g. edificatio magis completa eſt in poſtremo tēpoꝛis in quo perficit̄ eius actio ꝙ in vniuerſo tēpoꝛis in quo fit: in poſtremo aūt tēpoꝛis in quo fiunt motiōes nō eſt cōpleta ſed diuerſa per foꝛmā: intendo qm̄ partes motus vnius eiuſdem iam diuerſificant̄ adinuiceꝫ ſm foꝛmā: ⁊ ſunt etiā diuerſe a toto ipſaruꝫ ſm foꝛmaꝫ ⁊ cōplemētuꝫ: intendo finem mot⁹. poſitio namqꝫ lapiduꝫ diuerſificat̄ ab erectione colūnarū ſm foꝛmā: ⁊ iſta ambo diuerſificant̄ a figura domus que eſt cōplemētum tēpoꝛi. cuius partes ſunt cōpoſitio lapiduꝫ ⁊ excīſio colūnaruꝫ: ⁊ ꝙ ſimilat̄ his ex partib⁹ edificatiōis: ⁊ inter diſpoſitionē cōpoſitiōis ⁊ ſitus lapidū: ⁊ diſpoſitionē erectiōis colūnaruꝫ: ⁊ inter diſpoſitionē dom⁹ dr̄ia eſt: quāuis eniꝫ cōueniāt in eo ꝙ ſunt diſpōnes: tn̄ diſpoſitio dom⁹ diuerſificatur a diſpōne cōpoſitiōis lapiduꝫ: ⁊ a diſpoſitiōe erectiōis colūnaruꝫ per hoc ꝙ diſpō domus cōpleta eſt: eo ꝙ nō eſt ſubiecta ad aliqđ: cū nullius egeat, per qđ ſit eius cōplemētuꝫ. diſpoſitio aūt cōpoſitiōis lapidum: ⁊ diſpō erectiōis colūnarū: ⁊ qđ ſimilat̄ his ex diſpōnibus que ſubiecte ſunt diſpoſitioni dom⁹ nō ſunt cōplete: eo ꝙ quelibet earum ſubiecta eſt foꝛme dom⁹: eo modo quo littere ſubiecte ſunt dictiōib⁹: ⁊ pp hoc partes motus ⁊ cōplemētuꝫ earuꝫ diuerſificant̄ ſm foꝛmaꝫ: ⁊ nō eſt poſſibile inuenire motū cōpletuꝫ ſm foꝛmaꝫ in tēpoꝛe: niſi foꝛte ſit motus circularis toti⁹. ceteri vero motus trāſmutatiōis vt ambulatio, ⁊ qđ ſimilat̄ huic, incōpleti ſunt: eo ꝙ fiunt ex aliquo ad aliquid oppoſitū ei: ⁊ eo ꝙ iſti motus ex aliquo ad aliquid nō diuerſificantur ſoluꝫ a motib⁹ cōpletis: ſed ⁊ partes motus vnius ab inuicem queadmodū diximus: eteiꝫ motus qui fit ſupˀ hanc partē linee: ali⁹ eſt a motu fiente ſuper aliam partē eius. ⁊ vniuerſuꝫ huius aliud eſt ab eo qui fit ſuper partē illam que eſt cōpletio: ⁊ eſt quidē iſtud ſic in motu tranſmutatiōis recto: eo ꝙ ⁊ ſi ſit ſuper lineā rectam: illa linea nō eſt linea tm̄: ſed eſt quidē linea in loco: diuerſificant̄ ergo ptes motus pp diuerſitatē partiū loci. ¶ D. Et iam exqſite perſcrutatū eſt de motu in alia ſcīa. D. ⁊ vr̄ ꝙ nō ſit oīs mutatio cōpleta in vniuerſo partium tēpoꝛis in quo inuenit̄ illa mutatio ſed infinitiua ſui, tm̄: in ceteris vero ſuis partib⁹ eſt incōpleta: ſed diuerſificat̄ ſm foꝛmā. de re aūt delectatiōis manifeſtū eſt: qm̄ de mutationib⁹ cōpletis in toto tpe vel in omni tpe. cūqꝫ ſit delectatio de rebus cōpletis: ⁊ cōpleta diuerſificentur adinuicē manifeſtū eſt ꝙ delectatiōes diuerſe erunt adinuicē ſm foꝛmā non ſm partes: intendo ꝙ partes delectatiōis vnius non ſunt diuerſe ab aliȷ̄s: ſicut ſe hꝫ in motu vno. Et ex iſto manifeſtuꝫ eſt qm̄ delectatio nō eſt motus ⁊ ex eo ꝙ cōpꝛehēſio eius nō eſt in tpe: ⁊ oīs motus in tēpoꝛe. ¶ D. verūtamē manifeſtū eſt ēt pp quā cām putauerunt ꝙ delectatio ſit motus ⁊ gn̄atio: eo ꝙ generatio nō dr̄ de omnibus rebus fientib⁹: ſed dr̄ quideꝫ de generatiōe rerū que diuidunt̄: rebus aūt que nō diuidunt̄ nō eſt gn̄atio: ideoqꝫ non dr̄ ꝙ appꝛehenſioni ſit generatio neqꝫ puncto gn̄atio neqꝫ vnitati: ⁊ ſic ſe hꝫ in delectatione: intēdo qm̄ nō eſt ei generatio: eo ꝙ ipſa eſt totū intendo de indiuiſibilib⁹. ¶ D. Et oīs quidē ſenſus agit ſm menſurā ſenſibilis: ⁊ agit actionē perfectā ſenſus cuius diſpō eſt pfecta: ⁊ diſpō ſui ſenſibilis perfecta ēt: ⁊ diſpō relationis inter pfecta: eteniꝫ putat̄ ꝙ bonitas actionis ſit hoc: intēdo vt agens ſit in pfectioꝛi diſpoſitiōe p quā

eſt agens ⁊ patiens in pfectiori diſpōne per quā eſt patiēs. ⁊ relatio q̄ eſt inter ea in perfectiori diſpōne. Eteniꝫ dr̄ia magna eſt inter hec vt agat res ens in perfectiori diſpōnū ſuaruꝫ in patiens ens in pfectiori diſpōnuꝫ ēt: ⁊ inter hoc vt agat in nōpfectiori ſuarū diſpōnū: aut in patiēs nō ens ī pfectiori diſpōnū patiēdi: aut vt ſit relatio īter vtraq; ī impfecta. Cūq; hoc ſic ſit fortaſſe erit actio iſta in ſenſib⁹ motus pfectus: ⁊ delectabilis. ⁊ ſil'r ſe hꝫ in cogitatione ⁊ in oībus apprehēſionibus quas ſequit̄ delectatio. Et pp hoc poſſibile eſt vt diuerſet delectatio apprehēſionis penes diuerſitatē actionū apprehēſionis: ⁊ delectabilior actionū apprehēſionū eſt actio perfecta valde. Et actiones perfecte valde ſunt ille quib⁹ ſunt venuſtiores diſpōnuꝫ apud virtuoſuꝫ valde ex reb⁹ quas amat: ⁊ pp hoc eſt delectatio pfectiua actionū intendo pp eē eas amatas. verūtn̄ pfectio qua delectatio pficit actionem: ⁊ pfectio qua pficiunt eā ſenſibile ⁊ ſenſus nō eſt vni⁹ maneriei, ⁊ ſi ſint res nobiles oēs: queādmodū medic⁹ ⁊ voluntas ſanandi nō ſunt cauſe vt fiat ſanatio per modū cōſimilē: intendo nō ſunt ei cā per moduꝫ vnū. ¶ B. Qm̄ aūt delectatio inuenit̄ in oībus ſenſib⁹ manifeſtum eſt per ſe. Nos eteniꝫ videm⁹ viſibilia delectabilia ⁊ audimus voces delectabiles. Et eſt manifeſtū ēt ꝙ delectatiōis ſenſuū ſunt vehementiores qn̄ ſenſus ⁊ ſenſibile vtraq; vigoroſa fuerint: ⁊ qn̄ alterꝫ agit ⁊ alterum patitur ſm̄ ſuam vigoroſitatē: eteniꝫ qn̄ fuerit ſenſus ⁊ ſenſibile cuꝫ hac diſpoſitiōe fit delectatio ſemp ⁊ cauſa exiſtendi delectationeꝫ eſt vt perficiat actionē: verūtamen ſuam perficere actionem nō eſt ita vt delectatio ſit diſpoſitio in actione ⁊ complementuꝫ ei: ſed ſm̄ ꝙ eſt res ſequens complemētum: vt pulchritudo que inuenitur in iuuentute: intendo qm̄ pulchritudo eſt diſpoſitio ſequens iuuentutē nō completiua eius. ¶ B. Quouſq; ergo durauerit ſenſibile aut intelligibile ſm̄ ꝙ oportet: ⁊ qui iudicat de intelligibili ⁊ ſenſit ſenſibile ſm̄ ꝙ oportet erit delectatio in actione ⁊ hoc quādiu durauerit agens ⁊ patiens ⁊ ſimilia: ⁊ fuerit relatio cuiuſq; eorum ad ſuuꝫ compar ſm̄ diſpoſitionem vnam: intendo impermutata erit ab eis actio per vnam naturam.

Cap. 5.

Quare ergo nullus continuo in voluptate eſt aut dolore: cūcta nāq; humana impoſſibilia ſunt cōtinuo operari: nec igit̄ voluptas fit, naꝫ ea ſequitur operationē. Quedaꝫ enim delectant cum primo fiunt: ſed poſtea non ſimiliter: nam primo quideꝫ ꝓuocata eſt mens effuſeq; agit circa illa. queādmodū hi q̄ aduerſuꝫ ītuent̄. poſtmoduꝫ non fit eadēq; operatio ſꝫ neglectior: quare voluptas quoq; refrigeſcit. Omnes vero expetere voluptatē ex eo putari vtiq; poteſt/ q: oēs viuere expetunt. Vita aūt operatio quedaꝫ eſt: ⁊ quilibet circa illa: ⁊ illis operat̄/ que maxime amat: ceu muſic⁹ auditu circa vocem ſonū. Diſciplina꜔ ſtudio deditī intellectu circa ꝑſpicientiaꝫ reruꝫ. Eodem mō ⁊ reliquoruꝫ ſinguli. Voluptas aūt pficit operatiōes: ⁊ viuere igit̄ qđ appetūt. merito ergo ⁊ voluptatem expetunt: perficit enim ſingulis viuere expetibile exiſtēs. Sed vtrū pp voluptatem viuere expetimus: vel ꝓpter vitam voluptatē relinquatur ad preſens. Cōiugata enim iſta vident̄ eſſe nec ſeparationeꝫ recipere: naꝫ ſine operatione nō fit voluptas: ⁊ oēm operationē voluptas perficit. Unde vident̄ ſpecie quoq; differre. Nā illa que ſunt alia ſpē ab his pfici putam⁹: ſic. n. cernunt̄ ⁊ que a nā ſunt vt que ab arte: ceu aīalia ⁊ arbores pictureq; ⁊ ſtatue: domuſq; ⁊ vas. Eodem itaq; modo ⁊ operationes differētes ſpē differentibus perfici. Differunt vero ille que ſunt ꝓ ſenſuꝫ: ⁊ he rurſus īter ſe ſpē differūt. Igit̄ ⁊ voluptates q̄ illas pficiūt. Hoc aūt ex eo quoq; patebit: ꝙ vnaqueq; voluptas opatiōi illi quā pficit ꝓpria eſt: coauget enim operationē ꝓpria voluptas: magis enim ſingula diſcernūtur: exactiuſq; cōprehēdunt quicūq; voluptate operantur: vtputa geometre ſunt qui geometria delectantur: ⁊ intelligūt ſingula magis. Eodē mō q̄ erga muſicā vel erga architecturā accipiunt: ⁊ alij oēs perficiunt in ꝓprio opere ſi illo delectant̄: coaugēt aūt voluptates: q̄ vero coaugēt ꝓpria: alijs vo ſpē ⁊ alia ſpē ſunt ꝓpria. Preterea id ex eo magis patebit: ꝙ ab alijs ꝓuenientes voluptates īpedimēto ſunt opatiōibus: qui. n. fiſtulis delectant̄ nō pn̄t mentē adhibere ſermonib⁹: ſi fiſtula꜔ ſonum exaudiāt: magis gaudētes ſono q̄ꝫ pn̄ti opatiōe. Voluptas ergo ſoni opationē circa ſermones corrūpit. Eodēq; mō ī alijs euenit: qn̄ ſimul circa duo operatur. Iocūdior eniꝫ alte꜔ excludit: ⁊ ſi multo voluptas precellat magis: ita vt per alterū nihil opetur. Ex quo fit vt quotiēs vehementer aliq̄ re gaudem⁹ nō fere aliud agam⁹: ⁊ alia faciam⁹ cū alij leuiter delectamur. Velut illi qui in theatro comedūt tūc maxime h̄ faciūt

Unuſquiſq; circa illa ⁊ illis opatur q̄ maxīe amat

cū inepti ſunt pugiles. Cū vo ꝓpria voluptas diligēti opari faciat ac diuturniores melioreſqꝫ operationes efficiat: aliena non corrūpat: manifeſtū eſt multum eas inter ſeſe differre. Fere eniꝫ aliene voluptates faciunt perinde ac ꝓprie moleſtie: veluti ſi cui ſcribere aut computare graue eſt atqꝫ moleſtū: hic nō ſcribit: ille nō computat: qꝛ id agere moleſtuꝫ. Euenit igit̄ circa opatiōes cōtrariuꝫ a ꝓprijs voluptatibꝰ atqꝫ moleſtijs: ſunt eniꝫ ꝓprie que in operatiōe ꝑ ſe fiunt. aliene. n. voluptates: qꝺ perinde ꝓpe agunt atqꝫ moleſtie: corrūpunt. n. hꝫ nō ſimiliter cūqꝫ differunt operationes ꝓbitate ꝛ improbitate: ꝛ alie expetēde ſunt: alie fugiēde: alie neutre: eodē modo ſe quoqꝫ voluptates habent. In vna enim quaqꝫ operatione ꝓpria eſt voluptas: qua igit̄ ſtudioſe ꝓpria eſt ea proba eſt: que vero praue ea improba. Nam ꝛ cupiditates honeſtaruꝫ rerum laudabiles ſunt: turpiuꝫ autem vituperabiles.

5 ¶ Quintū capitulū ꝙ nullus cōtinue delectatur ꝓp nō poſſe cōtinue operari cui ſoli ſequit̄ delectatio. ꝙqꝫ quedā delectāt noua: poſterius autē nō ſic: ꝛ ꝙ oēs appetūt delectationē: qꝛ appetūt viuere qꝺ perficit delectatio. Deinde vtrū delectatio ſit ꝓp opari: vel ecōuerſo dicit eſſe nunc dimittēduꝫ que tn̄ dicit cōiuncta ꝛ inſeparabilia vn̄ ꝛ operationeꝫ differētiū ſpē dr̄ntes eſſe ſpē delectatiōes que ipſas opatiōes ꝑficiūt: qꝺ vltimū iterū ꝓbat ex eo appropriari delectatiōes opatiōibꝰ quas ꝑficiūt: ꝛ hoc ꝓbat ex eo augeri opatiōes delectatiōibꝰ ꝛ conueniētia eē auctis ꝓpria: ꝛ iterū ꝓbat differētiū opationū ſpē delectationes: dr̄ie ſpē ex eo ꝙ oſtens que in alijs opatōibꝰ delectatiōes impedire ꝛ corrūpere eas q̄ in alijs factas: ꝛ ex eo ꝙ ꝓprie delectatio ꝑfirmat opatiōes ꝛ diuturniores ꝛ meliores eas facit alienis delectationibus officiētibus ꝛ fere vt ꝓprie triſtitie corrūpētibꝰ opatiōes: ꝛ ex eo ꝙ ſic opatiōes differūt bono ꝛ prauo: ꝛ iteꝫ eligibili fugiēdo ꝛ neutro: ſic neceſſe ꝛ delectatiōes eis appropriatas differre: ꝛ rurſus ex eo ꝙ cōcupiſcētie q̄ oēs ſunt delectabiliuꝫ differūt ſpecie. D.

Propter iſtud nō eſt poſſe vt delectet̄ hō delectatione cōtinua: neqꝫ triſtet̄ triſtitia cōtinua: eo ꝙ oēs res humane nō poſſunt agere actiones cōtinuaſ ꝓpter mutabilitatē cōſimilitudinis: que eſt inter agens ꝛ patiens: ꝛ ſimil̄r eſt de relatione. ¶ D. Et eo ꝙ delectatio nō eſt cōtinua: fit ꝙ quedā res exhilarant ꝛ ſunt bone: ꝛ poſt hoc non ſic ſe hꝫ res in eis: ꝛ cā in hoc eſt: qm̄ cogitatio ꝛ imaginatiōes quas ſequit̄ delectatio ſunt in iuuētute vehemētiꝰ agentes ꝛ plures: ꝛ ſil̄r eſt in ſenſibus: intēdo qm̄ in iuuētute vehemētius agūt: vt qm̄ vidēt a longe in ꝑncipio rei: deinde poſt hoc non ꝑn̄t: imo actiōes eoruꝫ debilitant̄: ideoqꝫ fit eoꝝ delectatio debilior. ¶ D. ꝛ fortaſſe putans putabit oēs nos amare vitam: ꝛ vita actꝰ q̄dā eſt: ꝛ vnuſqſqꝫ amat facere actiōes q̄ ꝑtinēt in vita rebus melioribꝰ. eteniꝫ in his fit actus eius melior vt dn̄s muſice: ipſe. n. amat actū auditꝰ qui eſt apprehēſio melodie: ꝛ dn̄s doctrine q amat actū cogitatiōis in opiōibꝰ: ꝛ ſil̄r eſt in oībus actiōibꝰ ꝑtinentibus ad vitā: ꝛ delectatio inuēta in eis eſt illa que cōplet iſtas actiones ꝛ vitaꝫ per quā fit deſideriū iſtarū rerū: ꝛ qn̄ ſic eſt: tunc illi qui deſiderāt vitā deſiderāt delectationē: eo ꝙ ipſa ꝑficit vitā que eſt electa. ¶ D. ꝛ ꝓp iſtud opꝫ ſciri ꝙ nō ſunt nobis omittēde actiones grā delectatiōis: pꝫ. n. ꝙ delectatio ꝛ actio cōiugate ſunt ſimul: ꝛ nō recipiunt ſepationē: naꝫ nō erit delectatio abſqꝫ actione: ꝛ ꝑficit quideꝫ oēm actuꝫ delectatio. ¶ D. Et ex hinc appet ꝙ delectatio eſt diuerſa: qꝺ. n. perficit res diuerſas ſm̄ formā diuerſuꝫ eſt ſm̄ formā. Et hoc pꝫ ex rebus generatis a nā vt aīalibꝰ ꝛ plantis: ꝛ ab arte vt in imaginibus ꝛ vtenſilibꝰ ꝛ domo: intēdo qm̄ iſta ex quo facta ſunt ex rebꝰ diuerſis forma ſunt ꝑfectiōes eaꝝ diuerſe forma: ꝛ ſil̄r actiones diuerſe forma opꝫ vt perficiant̄ ēt ꝛ diuerſificatis in forma: ꝛ ꝓp hoc delectatio que eſt intellectui diuerſa eſt a delectatōe que eſt in ſenſibꝰ: ꝛ delectationes ſenſuū diuerſificant̄ etiam a ſeinuiceꝫ ſm̄ formam. ꝛ patet: ꝙ delectationes diuerſificātur diuerſitate actionū: eo ꝙ quālibet eaꝝ figurat actio quā ipſa perficit. Delectatio. n. ꝓpria facit vt creſcat illa actio ꝛ augeat̄: ꝛ cā hꝫ eſt: qm̄ qui faciunt hoc qꝺ faciūt cum delectatione erit actio eoruꝫ vehemētius exquiſita ꝛ plus ꝑſcrutata: vt q delectātur per geometriaꝫ: ipſi eniꝫ perſcrutātur vnāquāqꝫ rerū geometralium plus alijs: ꝛ ſil̄r qui delectant̄ per actiōes muſice ſunt potentiores ad inquirēdū neumata: ꝛ ſil̄r qui amāt edificationē ſunt potētiores ad edificāduꝫ: ꝛ ſil̄r in oībus agētibus addit delectatio in opatione ſui ꝓpria. ꝛ cum hoc creſcit per eius cremētuꝫ: ꝛ que creſcit cum alio a ſe eſt propria eius per cuius cremētuꝫ creſcit: ꝛ eſt alia ab ipſa per formā. ¶ D. ꝛ fortaſſe patebit ex hoc etiā ꝙ delectatiōes que fiunt ex actionibꝰ quibuſdam ꝓhibitiue ſunt ab alijs vt in viris cōcupiſcētiarum: ipſi eniꝫ nō poſſunt audire dictiōes ꝛ actiones boni. audientes vero tangētes citharam que gaudio ſonitꝰ eius poſtponūt actiones quas habēt inter manus: ꝛ ꝓp hoc cythara ꝛ cetera deſideria corrumpunt actionē que eſt per rōneꝫ: ꝛ ſimil̄r accidit ceteris delectationibus ad ſeinuicē: intendo ꝙ qn̄ fecerit homo ſimul duas actiones: quarū vtraqꝫ hꝫ delectationē propriā impediet magis delectās alteram ab actu ſuo: ꝛ potiſſime faciet hoc qn̄ fuerit excellētis delectationis valde: donec permutat alteram agere. Et ꝓp hanc cām qn̄ ludimꝰ cum aliqua re nō agimus rem aliam plus q̄ illam cū qua ludimꝰ ꝓp victoriam delectatiōis ludi ſunt delectatiōes reliquarū actionū: ꝛ qn̄ vicerit altera delectationū: erit actio alterius ſine delectatiōe: eritqꝫ actor eius admodum illius qui operat̄ ad deſideriū aliorum: vt facit citharedus vel tibicen in loco ad quem cōueniunt ad intuēduꝫ eos cum mali fuerint: ipſi eniꝫ nitunt̄ quideꝫ ad pſalendū ꝓp illos qui intendunt ad ipſos: ꝛ nō proprie delectatiōis cauſa. Et cum ſic ſit patens eſt ꝙ delectatio propria actionibꝰ profundat actiōes ꝛ efficit eas

durabiliores.i.in tẽpore longiori ⁊ meli⁹ factas. Manifeſtũ eſt aũt quoniã inter delectationẽ extraneã ab actione ⁊ inter ꝓpriaꝫ differentia eſt multa: ⁊ hoc qm̃ delectatio extranea ab actione fere facit triſtitiam propriã actioni: intendo qm̃ impedit actionẽ queadmodũ impedit eam triſtitia ꝓpria ſibi: ⁊ etenĩ triſtitie ꝓprie actionib⁹ corrũpũt actiones. V.g. qui nõ delectaẽ ex ſcriptura ⁊ meditatiõe: ſi triſteẽ ex ipſis nõ ſcribet neqꝫ meditabiẽ. Et vl'r accidit in actionib⁹ cõtrarietas multa ex parte delectatiõis ꝓprie eis: ⁊ ex parte triſtitie propria eis: intẽdo ꝙ actio/ cũ qua cõiugaẽ delectatio ſibi ꝓpria fit ẽm ↄtrariũ actiõis cũ qua cõiugaẽ triſtitia ſibi ꝓpria: ⁊ fit qdeꝫ ſic: eoꝙ delectatio propria expedit actionẽ: ⁊ triſtitia ꝓpria impedit ipſaꝫ. Delectatio aũt ex̃nea vt iam dictũ eſt facit ſil'e ei qᷦ facit triſtitia propriꝫ eoꝙ corrũpit actionẽ ſicut corrũpit eam triſtitia ꝓpria: quãuis nõ ſit corruptio ambarũ per moduꝫ cõſimilẽ. ¶ B. cuꝫ aũt diuerſent actiones per diuerſitatẽ virorum bonoꝝ ⁊ maloruꝫ: intendo qm̃ actiones viroꝝ bonorũ diuerſe ſunt ab actionib⁹ viroruꝫ malorum: ⁊ cuꝫ diuerſenẽ ẽt p hoc ꝙ q̃daꝫ eaꝝ electe: ⁊ quedã earũ nõ electe: imo a q̃b⁹ fugiendũ eſt: ⁊ q̃dã eaꝝ q̃ neutro horuꝫ determinanẽ: manifeſtũ eſt ꝙ delectatiões que ſequũtur actões diuidẽde erũt diuiſiõe cõſimili huic diuiſioni donec delectatiões actionũ electarũ ſint electe: ⁊ delectatiões actionũ fugiẽdaꝝ fugiẽde. etenĩ vnicuiqꝫ actionũ eſt ẟlectatio ꝓpria ⁊ delectatio actioni nobili ꝓpria nobilis eſt: ⁊ delectatio actionis praue eſt ex̃anea ↄtriſtãs vituperabilis valde. Et pp h' ſunt deſideria rerũ qdẽ decẽtiũ laudabilia: reꝝ aũt turpiũ vituperabilia. Cap. 6.

Agis aũt ſunt ꝓprie operatiõibus voluptates que illis inſunt q̃ꝫ cupiditates: h nãqꝫ diſtincte ſunt temporibus ⁊ natura: ille vero ꝓpinque opationibus ⁊ indiſtincte: ita vt ambiguũ ſit vtruꝫ idem ſit operatio ⁊ voluptas. Non tamẽ videẽ voluptas mens ee: neqꝫ ſenſus: abſurdum eniꝫ. ſed q: nõ ſeparaẽ: videẽ quibuſdã idẽ. Vt igitur operatiões ſunt alie: ſic ⁊ voluptates. Differt aũt viſus a tactu puritate: ⁊ audit⁹ ⁊ odoratus a guſtu. Eodem modo differunt ⁊ voluptates ab his que ſunt circa intellectuꝫ: ⁊ vtreqꝫ abinuiceꝫ. Videtur auteꝫ cuiqꝫ animali propria voluptas queamodum ⁊ opus ⁊ in vnũquodqꝫ intuenti id appeẽ. Alia eſt.n. voluptas equi: alia canis: alia hoĩs: vt inquit Heraclitus: aſinos magis delectat ſtramina q̃ꝫ aurũ: nam pabulũ illis eſt dulcius auro. Que igiẽ alioꝝ ſunt ſpẽ/ differũt ſpecie. Que vero ſunt eorũdem indifferẽtes eſſe rõnabile eſt. Variãt aũt nõ parum in hoĩbus: eadem eniꝫ alios offendũt: alios

Dif̃t viſus a tactu puritate.



delectant: alijs moleſta ⁊ odibilia ſunt: alijs iocunda ⁊ amabilia ſunt. Id quoqꝫ in dulcibus cõtingit: nõ enim eadẽ febricitãti videnẽ ⁊ ſano: neqꝫ calidũ eſſe imbecilli ⁊ valenti. Similiter in alijs id cõtingit. Videẽ autem in cunctis talibus id eſſe qᷦ videẽ ſtudioſo. Qꝫ ſi hoc recte diciẽ queadmodũ apparet ⁊ eſt: ⁊ ſingulorũ menſura virtutis eſt: ⁊ bonus vir ẽm ꝙ talis eſt: ⁊ voluptates vtiqꝫ erunt que huic videnẽ: ⁊ iocunda illa quibus iſte gaudet: que vero huic moleſta ſunt ſi cui iocunda videntur non eſt mirandum. Multe eniꝫ corruptele ⁊ deprauationes in hominibus fiunt. Iocunda vero non ſunt niſi in his ⁊ illis qui ſic diſpoſiti ſunt. Igiẽ quas oẽs fatentur eẽ turpes manifeſtũ eſt nõ eſſe dicendũ eas eſſe voluptates niſi illis qui corrupti ſunt. Earũ vero que videntur eſſe probe qualẽ vel quã dicendũ eſt eſſe hominis: vel ex operib⁹ manifeſtũ eſt. Naꝫ illas ſequunẽ voluptates. Siue igiẽ vna eſt ſiue plures pfecti ⁊ beati virĩ: que has perficiũt voluptates. Relique vero ſecũdarie ⁊ multipharia: queadmodum operationes.

In cunctis id tale ẽ qᷦ vĩ ſtudioſo.

¶ Sextũ capl'm ꝙ delectatio non eſt idẽ cõcupiſcẽtie pp delectationem magis eſſe ꝓpriam operationẽ q̃ cõcupiſcentiã: eoꝙ cõcupiſcentia eſt prior tpe opatione: delectatio aũt ſimul ⁊ ita ꝓpinqua operationi vt videaẽ eadẽ illi: ꝙqꝫ delectatio non eſt idẽ mẽtis vel ſenſu operationis vel ſimpl'r operationi: lꝫ videantur idem pp non poſſe ſeparari abinuicẽ: vnde q̃les ſunt opatiões: tales ⁊ eaꝝ delectatiões. poſtea qꝫ ſenſus differũt abinuicẽ: ⁊ ab intellectu puritate ⁊ intell's ſpeculatiuus a practico ſic differũt: q̃ in his delectationes. tandẽ ꝙ alterorũ ſpecie: lꝫ non in oĩbus hominibus: cũ tñ ſint idẽ ſpecie ſunt eadẽ delectabilia: qᷦ accidit ex hoĩuꝫ corruptiõe: q: in corrupto ⁊ virtuoſo eſt delectabile qᷦ ẽm veritatẽ delectabile: corruptis vero ⁊ vitioſis delectabilia nõ ſunt ẽm veritatẽ talia: ſed viſa talibus: ꝙqꝫ vera delectatio hoĩs eſt q̃ eſt operatiõe ꝓpria hominis: que eſt felicitas. Dixit. 6

T delectationes que ſunt actibus magis ꝓprie ſunt actibus q̃ deſideria ipſoꝝ: eoꝙ deſideria actuuꝫ diſcreta ſunt ab eis tempore ⁊ nã: intẽdo ꝙ ipſa inueniunẽ diſtincta ab actu. Delectatio vero nature ꝓpinque ſunt actibus ⁊ nõ ſeparanẽ ab eis: ſed inueniunẽ quidẽ cõiugate actui. Et pp hoc dubitaẽ de eis an ſint ipſe ⁊ actus res vna eadẽ. Attamen palaꝫ eſt ꝙ delectatio intell's non eſt intellectus neqꝫ delectatio ſenſus eſt ſenſus. hoc enim impoſſe eſt. ſed qm̃ delectatio non ſeparaẽ ab actu: idem videtur

quibuſdam ꝙ ſit res vna: ⁊ quemadmodum actiones diſtinguuntur a delectationibus ⁊ ſunt alie ab eis: ſic ⁊ actiones diſtinguuntur ab inuicem. Actio enim viſuum diſtinguit ab auditu ⁊ olfatu ⁊ a guſtu: ⁊ iſti diſtinguunt a ſeinuicē ſm diſtinctionē actuuz. Quod ergo eſt ex actionibus diſtinctū eius delectatio diſtincta eſt gñe vt diſtinctio viſus ab auditu: ⁊ intell'ſ a ſenſu. ❡ Amplius h ⁊ qđ eſt diſtinctū ſpecie eius delectatio diſtincta eſt ſpē vt diſtinctio ſpecieꝝ intell'ſ ab inuicē. ❡ B. Et vr̄ ꝙ vnicuiqꝫ aīaliuz ſit delectatio ꝓpria cū ſit vnicuiqꝫ animaliū actio ꝓpria: ⁊ ſit vnicuiqꝫ actioni nāli delectatio ꝓpria: ⁊ hoc apparet valde qui inſpexerit in vnaquaqꝫ rerū. Apparet eñ ꝙ delectatio equi alia eſt a delectatione canis: ⁊ ſil'r apparet qm̄ delectatio hoīs q̄ appropriat eis eſt actiōis q̄ appropriat ei: ⁊ eſt delectatio actionis per intell'm q̄ eſt alia a delectationibus ceteroꝝ aīalium. Sicut dixerūt quidā antiquoꝝ: qm̄ intellectui dignius eſt eligere apprehēſiones ꝙ aurūtetem ei eſt nutrimētū: qđ apud ipm delectabili' eſt auro: ⁊ eſt apphēſio per intell'm. ❡ B. delectationes ergo q̄ ſunt in reb' entibus diuerſis forma diuerſant forma. Delectationes vo q̄ ſunt rebus eiſdē intēdo nō diuerſificatis per formā: rectū eſt vt non ſint diuerſe quāuis iam inueniant diuerſe diuerſitate non parua in hoībus: ⁊ eo ꝙ nos īuenimus res vnas eaſdē delectātes quoſdā ⁊ ꝯtriſtātes alios: ⁊ entes qbuſdā moleſtas ⁊ odioſas ⁊ alijs delectabiles ⁊ amatas: ⁊ hoc eſt vt illud qđ accidit in rebus dulcibus: in quibus non iudicat ſanus ⁊ febriēs iudiciū vnū: ⁊ vt in reb' calidis ⁊ frigidis que nō ſunt apud debiles ⁊ fortes ſm vnā diſpōnem: ſed quoſdā hoīum delectat calidum: ⁊ alios frigiduz. Et ſil'e huius accidit in vniuerſis apprehēſibilibus. ❡ Dixit. Et vr̄ ꝙ in oībus iſtis rei veritas ſe habeat prout appareat viro bono: intēdo ꝙ delectabilia ex ipſis nāl'r ⁊ electa ſunt ea que eligit natura viri nobilis: ⁊ ſi ſic eſt: tūc bene dictuz fuit ꝙ virtus eſt menſura oīs rei: intēdo illud per qđ cognoſcunt nature rerum in bonitate ⁊ malitia: ſicut per menſurā cognoſcit quātitas rei. Scdm igit hoc bonū in ſeipſo eſt de quo vr̄ bono qm̄ bonum. Et ſil'r delectatio in rei veritate eſt illa de qua vi bono ꝙ ſic ſit: ⁊ nō elongat quin ſit hoc qđ vr̄ bono delectabile: ⁊ apud quoſdā hominū non delectabile: aut minus eſt delectabile. Etenim accidūt in generatione hominū corruptiones multe: ⁊ nature egreſſe ab equalitate: ⁊ pp h delectabile naturaliter nō eſt delectabile niſi eis quib' nō accidit corruptio in natura. ❡ B. Et de manifeſtis eſt qm̄ illud qđ cōcedit eſſe turpe nō eſt delectabile niſi apud viros corruptarū naturaꝝ. Delectationes aūt que vident eſſe emeritoꝝ ⁊ virtuoſoruz non inueniunt homini niſi ex parte actionū ſuarum que appropriant ipſi. Et ſi fuerint delectatio vna aut delectationes plures viro perfecto deſiderāti ſtatus felici: tūc illa delectatio vna aut illa que cōpletur ex multis ſi multe fuerint eſt illa de qua vere dr̄ ꝙ ēſt delectatio hoīs: ⁊ hoc manifeſtū' eſt qñ declaratū fuerit quis eſt actus hoīs ꝓprius ei. Cetere vero delectationes hūt ſe ad hāc ſicut ceteri actus ad hūc actum. intēdo eum qui eſt cōplementum actuū humanoꝝ. ❡ B. ⁊ cū iam diximus de virtutibus ⁊ dilectionibus ⁊ delectationibus remāſit dicendū de felicitate vult felicitatem ꝓpriam: de cōmuni enim iam locutus fuit in tractatu primo: ⁊ dixit ꝙ felicitas cōplementum actionum humanarum.

Uirtus eſt mēſura oīs rei.

## ❡ Capitulum Septimum.

Cum aūt de vtutibus ⁊ amicitijs ac voluptate dictuz ſit: reſtat vt de felicitate ſummatim dicamus. Naz illā poſuimus finē reruz humanarū: his igit que ſupradiximus repetitis breuior nobis fiet oratio. Diximus non eſſe illā habitū: etenīz dormienti exiſtere poſſet: ⁊ inſtar plāte vite degēti: ⁊ ī calamitatibus maximis cōſtituto. Qz ſi iſta non placēt: ſed magis in operationez quādaz ponēda eſt vt ſupra diximus. Operationū vo alie ſunt neĉie: ⁊ pp aliud expetende: alie pp ſeipſas: manifeſtuz eſt ꝙ felicitas ponēda ē aliq̄ illaꝝ q̄ pp ſe expetunt: ⁊ nō eaꝝ q̄ pp aliud. Nulli'.n. īdiget felicitas: ſꝫ ipſa p ſe ſufficiēs ē. Sunt aūt pp ſe expetēde ille in qb' nihil vlterius q̄rit q̄ȝ opatio. Tales aūt vidēt eē actiōes ſꝫ vtutez: agere.n. honeſta ⁊ laudabilia ex his q̄ pp ſeipſa expetunt: ex his ēt ſunt ludi q̄dā iocūdi: nō.n. alioꝝ illos ſequunt hoīes cuz dāna poti' q̄ȝ cōmoda ex illis ſuſcipiāt: ⁊ corp' ⁊ patrimoniū negligētes. Cōfugiūt aūt ad hmōi delectatōis: pleriqꝫ eoꝝ q beati credunt. Quapp apud tyrānos in ꝑcio habent ſi q hmōi oblectāda pñt afferre. Que eniz cupiūt ad ea ſe leto aīo prebēt. Indigēt vero his: vident ergo ad felicitatē iſta ꝑtinere: qm̄ hi qui in magna potētia cōſtituti ſunt illis intēdūt: at id fortaſſe nullū eſt ſignū. Nō eñ ī potētatu eſt vtus: neqꝫ mens a quib' laudabiles ſunt opatōes: nec ſi iſti q nūq̄ȝ voluptatē purā liberalēqꝫ guſtarūt ad corporales cōfugiūt: ꝓpterea putandū eſt eas eē magis expetēdas: nā ⁊ pueri q̄ apud eos in ꝑcio ſunt ea eē optima. Cōſonūz igit vt queādmodū apud pueros atqꝫ viros diuerſa in ꝑcio habent: ſic etiā apud bonos ⁊ malos: vt ergo ſepe dictū eſt ꝑcioſa ⁊ iocunda ſunt illa q̄ ſtudioſo ſunt talia. Cuiqꝫ aūt ſm ꝓpriū habitū expetēdiſſima opatio ⁊ ſtudioſo igit ſm virtutē. Nō eſt igit felicitas in ioco. Nam abſurdū foret iocū eē eū vt ita dixeriz quē q̄rimus finē:

Nulli' indiget felicitas ſꝫ ipſa p ſe ipſam ſufficiens eſt.

⁊ negocia multa moleſtiaſq̃ per totam vitam ſuſcipere iocũdi cã. Cuncta enĩ vt ita dixerimus alterius gratia expetim⁹ ꝑter felicitateꝫ. Nã illa finis eſt. Studere vͦ ⁊ laborare ioci cã ſtultũ ⁊ nimis puerileq̃ vr̃. Iocari vͦ vt ſtudeas ſm̃ Anacharſidis ſniaꝫ recte ſe hꝫ. Nã ceſſatio quedã iocus videt̃. Cũq; fieri nequeat vt qs ↄtinuo la/boret ceſſatiõe indiget: nõ ergo finis ceſſatio cũ fiat gra/tia oꝑatiõis: videt̃ aũt vita beata ſm̃ ṽtutem eẽ ac nõ in ioco: meliora dicim⁹ ſeria q̃ȝ ridicula ⁊ iocoſa: ⁊ melio/ris ſemper expertis ⁊ hoĩs ſtudioſaꝫ oꝑationẽ. Melio/ris vͦ melior ⁊ beatior iam. Põt aũt quiuis frui corpo/ris voluptatib⁹ ẽt abiectus quiſq; nõ minus q̃ȝ optim⁹: at felicitateꝫ nullus dicet abiecto cõpetere ſꝫ vitaꝫ ſolũ. Nõ enĩ in hmõi oblectamẽtis felicitas conſiſtit: ſed in operationibus ſm̃ virtutẽ vt dictuꝫ eſt prius.

7 ¶ Septimũ caplm̃ in quo reſumit de felicitate q̃ cũ ſit oꝑatio vt ꝓdi/ctũ eſt: aut ſm̃ ſeipſam ipſa eſt aliq̃ vel aliq̃ ſm̃ ſeipſas eligibiliũ ope/rationũ ⁊ nõ pp alterũ q̃les ſunt ſm̃ ṽtutẽ actiones: q̃les ẽt videnť ⁊ ludi quidã delectabiles: ſꝫ nõ ſunt tales cũ nõ ſint ṽe eligibiles: ſꝫ vi/deant̃ eligibiles prauis: q2 vere eligibile ⁊ delectabile qđ ſtudioſo ta/le: vniuſcuiuſq; aũt que ſm̃ ꝓpriũ oꝑatio eligibilis vr̃. ex quibus ſequit̃ ꝙ nõ eſt ludus felicitas: ⁊ ex eo ꝙ ludus nõ eſt finis neq; ↄueniẽs mala pati ⁊ laborare ⁊ ſtudere pp ludere. Sꝫ ſꝫ Anacharſidẽ ludere pp ſtu/dere luſu inq̃ȝ q aſſimilat̃ quieti que nõ eſt finis: ſꝫ nec͠ia gr̃a oꝑatiõis felicitas fons exiſtẽs ludus nõ eſt: ⁊ iterũ etiaꝫ felicitatẽ eſſe cũ vo:e etiã ſtudioſa eſſe meliora iocoſis: ⁊ ex meliorib⁹ particule ſtudioſiorẽ eſſe oꝑationẽ: ⁊ etiã quoſcũq; poſſe cuꝫ volũt potiri ⁊ corporalibus delectationibus ⁊ ludo: non aũt felicitati. Dixit.

Demoratio enim noſtra ei⁹ qđ ꝑceſſit ex dictio/nibus in hoc primo tractatu fuit di/ctio abbreuiata: ⁊ iam diximus illis; qm̃ ipſa non eſt habitus: ſed eſt quidẽ in actu ipſius habitus: ⁊ ſi non erit vita felicis vt vita aĩalis ſic noĩati. De hoc aĩali putat̃ ꝙ tota vita ſua ſit ſomnus. ⁊ qñ felicitas poſita fuerit in actum: intẽdo ꝙ ſit actus cõis: ⁊ ex actib⁹ ſit nec͠ius: ⁊ ex eis electiuis alius ſit electus pp aliqđ aliđ: ⁊ aliud pp ſe/ipſuꝫ: pꝫ qm̃ ponẽda eſt in actũ electũ pp ſe nõ pp aliud: ⁊ ꝙ felicitas nullius eſt indigẽs nec electa eſt. ꝙ pp aliqđ: ſꝫ pp ſeipſaꝫ: eo qm̃ ipſa ſufficiẽs eſt p ſe: ⁊ res electe p ſe ſunt ille ex qb⁹ nõ requirit̃ aliqđ aliđ qđ ſit preter actũ: ⁊ vr̃ ꝙ actus rerũ electarũ p ſe ſint. operatiões eñ nobiles electe ſunt pp ſeipſas: ⁊ ſir̃ oꝑationes delectabiles ex modis ludi ſunt de hac ſpecie. Patet enĩ ꝙ non eligunt̃ ꝓpter aliqđ aliud: attamen damnũ ↄueniens ex ipſis eſt ampli⁹ q̃ȝ vtilitas. ¶ D. verũtã multotiẽs amat felix viliſicationẽ corpoꝝ ⁊ poſſeſſionis corporalis: ⁊ fugit curioſitatẽ circa diſpõnes corporales: ⁊ ꝙ hãc quideꝫ ꝑeligũt hoĩes q̃tenus per ipſaꝫ cõſortes efficiant̃ regũ tyrãnoꝝ: efficiũt enim ſeipſos per has actiones delectabiles eis: ⁊ p hoc lucrant̃ apud eos: ⁊ vr̃ putat̃ quidẽ de vſu delectationũ ⁊ dimiſſione conatus ⁊ laboris ꝙ ſit felicitas: eo ꝙ viri poteſtatũ vtunt̃ iſtoꝝ ⁊ fortaſſe nõ eſt in rei veri/tate ꝓut eis vr̃ de hoc: eo ꝙ ṽtus ⁊ intell͠s/in qbus vtriſq; ſunt actio/nes nobiles nõ cõtinent̃ ſub ꝑtate. ¶ D. Ideoq; cũ iſti nunq̃ȝ guſta/uerint delectationẽ ſinceram puramq; eſt delectatio intell͠s ⁊ actionuꝫ nobiliũ cõfugiũt ad delectationes corꝑales: eſtimãtes eas electas eẽ plus alijs. Et cõueniens eſt ne ſit eſtimare iſtoꝝ delectationes corpo/rales electa cauſa in eas eſſe electas in ſe: queãdmodũ neq; ꝙ repu/tãt pueri eſſe ex eligibilib⁹ que ipſi preeligũt pp hoc eſt eligibile in ſe: imo queãdmodũ res electe pueris nõ ſunt electe apud viros: ſic nec electa apud viros vtilitatis electa ſunt apud viros nobiles ⁊ emeri/tos: ⁊ res honorabiles ⁊ delectabiles in rei veritate: ſicut pluries di/ctum eſt: que iudicant̃ a ṽtuoſis. Etenĩ apud vnũquẽq; modũ homi/num eſt actio electa valde: ⁊ eſt q̃ cõuenit nature ſue ꝓprie. Cũq; ſic ſit: tũc hoc qđ cõuenit nature nobili/nobile eſt neceſſario: ⁊ qđ cõuenit nature vili. vile eſt nec͠io. Itẽq; nõ eſt felicitas in ludo. Nõ enĩ eſt poſſe vt ludus ſit cõplementũ ⁊ perfectio. ¶ Et impoſſe eſt vt ſimus ſpacio vite noſtre ſtudioſe operãtes ⁊ laborãtes ⁊ agamus hoc nõ serioſe: ſꝫ iocoſe. Nos enim vr̃ conamur quidẽ ad omne ad qđ conamur felici/tatis cauſa: eo ꝙ ipſa eſt cõplementũ. ſtudiuꝫ aũt ⁊ labor ludi cauſa: vanitas eſt manifeſta ⁊ ꝑtinẽs pueris: quãuis in ꝑncipio adoleſcen/tie reputet̃ eſſe certũ ⁊ rectũ: eo ꝙ ludus requies vr̃ ⁊ naturalr̃ inqui/ritur requies. Uerũtamen patẽs eſt ꝙ illi qui nõ valẽt perpetuare la/borem indigẽt requie: ⁊ ſi ſic eſt nõ eſt requies cõplementũ qđ eſt feli/citas: ſed querit̃ ꝓpter actũ qui eſt cõplementũ ⁊ finis. Et vliter pa/tens eſt ꝙ vita felicis eſt ea que ſit cum virtute: ⁊ ſit quidẽ hoc cũ vir/tute in ſerio nõ in ludo. Ideoq; dicimus ꝙ intellectus melior eſt viſu: queãdmodum enim melioris membri melior eſt actio: ſic melioris ho/minis melior eſt actio: ⁊ actus melioris vniuerſaliter melior eſt ⁊ fe/licior. Si ergo bonus virtuoſus melior eſt riſore erit actus eius me/lior neceſſario: dicit qui autem replentur delectationibus corporali/bus non habẽt prerogatiuam in hoc a ſeruo ⁊ captiuo: nullus enim ꝓportionat felicitatem ſeruo cuius vita non eſt neq; captiuo. Itẽq; igitur non eſt felicitas in hmõi occupationibus: ſed eſt in actionibus virtualibus vt dictuꝫ eſt prius.

Virtus ⁊ i/tell͠s in qb⁹ ſunt actões nobiles nõ cõtinẽt ſub poteſtate.

Cap. 8.

Quod ſi eſt felicitas ſm̃ virtutẽ oꝑatio: rõna/bile eſt vt ſit ſꝫ optimaꝫ. Ea vͦ eẽt vtiq; optĩ/mi. Siue ḡ mens id ſit ſiue aliđ qđdã qđ nã videat̃ ĩpare ⁊ ducere ⁊ curaꝫ cogitationẽq; hr̃e honeſtaꝝ ⁊ diuinaꝝ reꝝ ſeu diuinũ: ⁊ ipꝫ ex͠ns: ſeu eoꝝ q̃ in nobis ſũt diuiniſſimũ hui⁹ oꝑatio ſꝫ ꝓpriã ṽtutẽ erit vtiq; ꝑfectã felicitas. Qꝫ ãt ſit ↄtẽplatiua

dictū eſt.ꝯſentaneū vr̄ id prīo dictis ⁊ veritati:nā ⁊ optima hec eſt opatio:eteniꝫ ⁊ mens eorꝫ q̄ ī nobis ⁊ cognoſcibiliū circa q̄ mens. Inſup ꝯtinuiſſima hec eſt:ꝯtēplari.n.poſſumus cōtinue magis q̄ꝫ quiduis agere. Putamuſqꝫ oportere voluptatē admixtā eſſe felicitati:maximam vero oīuꝫ opationū voluptatē afferre illā q̄ eſt per ſapiētiā oēs ꝯſentiūt. Ur̄ nēpe ſapiētia mirabiles quaſdā hr̄e voluptates ⁊ certitudine ⁊ puritate. Ac rōnabile eſt ſcientibꝰ maiorē delectationē adeſſe q̄ꝫ querentibus. Preterea ſufficiētia illa de qua diximꝰ in cōtēplatōe maxima eſt. Nam neceſſariorꝫ quidē ad vitā ⁊ ſapiens ⁊ iuſtus ⁊ ceteri indigēt. Talibus vero ſufficiēter affluētibꝰ iuſtus quidē indiget ad quos ⁊ cū quibus iuſtitia vtat. Eodē modo tēperatꝰ ⁊ fortis ⁊ aliorꝫ quiſqꝫ. At ſapiēs per ſeipſum contēplari poteſt:⁊ quanto ſapiētior ſit magis melius fortaſſe: ſi adiutores habet: ſed tamen ipſe per ſe ſufficientiſſimus eſt.

Ur̄ ſapiētia mirabiles quaſdā hr̄e voluptates ⁊ certitudīe ⁊ puritate.

§ ¶ Octauū capl̄m q̄ pfecta ⁊ ſpeculatiua felicitas eſt opatio ſm optimā virtutē optimi qd̄ eſt in hoīe.i.intelligēs:⁊ q̄ hec felicitas eſt melior q̄ politica ⁊ optima ⁊ pfectiſſima:⁊ pp eā eſſe maxime cōtinuā ⁊ delectabiliſſimā ⁊ īmixtā triſtitie ⁊ penitudini: ⁊ p ſe ſufficientē:⁊ pter ipſaꝫ ſolā pp ſe ſolā diligi ⁊ pp eaꝫ eſſe in vacatione politica felicitate nō exiſtēte tali:ſꝫ magis pticipāte oppoſitis. Deinde ex oībꝰ dictis recolligēs eā ꝯcludit q̄ ſpeculatiua felicitas eſt ſimplr̄ pfecta:ſi tn̄ accipiat longitudinē vite pfectaꝫ:poſtea q̄ vita melior q̄ que ſm hoīem:q̄ ipſa eſt ſm diuinū aliqd in hoīe:qd̄ qꝫ cōuenit hoī q̄tū poſſe eſt in moralibꝰ aſſimilare:⁊ oīa facere ad viuere ſm optimū qd̄ ī ipſo pcellēs:⁊ nō mole:ſꝫ pcioſitate.tandē q̄ verus hō eſt intell's:qui principat in ipſo:⁊ vn̄ ſm vitā intellectualē maxime viuendū:que q̄ maxime eſt ꝑpria nāe hoīs eſt ⁊ optīa ⁊ delectabiliſſima:quare ⁊ feliciſſimus q viuit ſm eā. Scd̄o aūt felix q ſm politicā:cuꝰ operatiōes humane adiuicē decēter acte:⁊ quedā a corpore accidētes. D.

Am felicitas inuēta ſit in virtute.i.ſub virtute:rectum eſt:⁊ vt ſit actus inuētꝰ in virtute robuſta valde:⁊ vt ſit actꝰ iſte melioris virtutis inuē te in nobis:ſiue ſit hoc intell's ſiue potētia alia cognata ipſi de qua putat q̄ dn̄at naturalr̄ vniuerſis potētijs:⁊ vt iſti potētie ſit meditatio in melioribꝰ rebꝰ ⁊ ſunt res diuine. Et pp hoc neceſſe eſt vt ſit hec ꝑpotentia diuina:aut magis diuina oī eo qd̄ in nobis eſt ex potētijs:⁊ cuꝫ ſic ſit actꝰ iſtius potētie ex nobis ſm virtutē ꝑpriā ei eſt felicitas:intēdo eius actū ſꝫ cōpletiꝰ qd̄ inuenit ei. Qd̄ aūt hec felicitas eēntialis ſm iam dictū eſt in pcedētibꝰ. ¶ D.⁊ forſan putādū eſt de hac opīone ꝯceſſaꝫ eſſe eaꝫ ab antiqs:⁊ eo q̄ iſte actꝰ robuſtus eſt valde:⁊ patēs eſt q̄ intellectus cuiuſdā in nobis:⁊ q̄ operat quidē in ſcibilibꝰ que cōprehēdit intellectus ⁊ actio eius in ipſis ꝯtinua eſt valde ⁊ plus alijs ex ceteris actionibꝰ potētiarū inuētarꝫ in nobis:⁊ eo q̄ eſt intellectꝰ.⁊ iam dictū ē: qm̄ actio intell's dignior eſt vt ſit ꝯtinua q̄ vt ſit agēs in hora qdaꝫ: vult vt eſtimo in libro de aīa. ¶ D.⁊ manifeſtū eſt ēt:qm̄ optꝫ vt ſit cū felicitate pfectiſſima delectationū:⁊ de notis p ſe cōceſſis eſt: qm̄ delectabiliores actionū que ꝑportionant virtuti ſunt actiōes ſapiētie.Et vr̄ de phia q̄ ſint ei delectatiōes mirabiles plus q̄ ceteris actionibꝰ ꝑportionatis virtuti pp hoc q̄ eſt in actiōe eiꝰ:⁊ de ſolertia in certitudīe:⁊ rectū eſt vt ſit hec delectatio eis/q ſciūt ſm ſpēꝫ magis ꝑpria q̄ eis q acqrūt vt addiſcāt. Cūqꝫ ſic ſit: tūc actus huiꝰ virtutis eſt felicitas vltīa. ¶ D.ampliꝰ qm̄ optꝫ vt ſit actꝰ felix plus ſufficiēs ſibiipſi q̄ ceteri actꝰ:⁊ eo q̄ plus ſufficiēs pfectꝰ eſt. ¶ Et manifeſtū ē: qm̄ actus opinādi ⁊ ſpeculādi ſufficiētior eſt ceteris actibus: intēdo qm̄ hō in ipſo ſufficit ſibiipſi abſqꝫ alio magis q̄ in ceteris actibꝰ virtutis:eteniꝫ rebꝰ necarijs in vita indiget ſapiēs: ſicut īdiget eis aliꝰ.⁊ ſilr̄ virtutes oēs in īdigētia earꝫ vne ſunt qn̄ ꝑuidet oīum iſtorꝫ ſufficiētie:eteniꝫ caſtꝰ indiget oībꝰ:in qbꝰ exerceat iuſtitiā:⁊ ſilr̄ caſtus indiget rebꝰ erga quas ſe habeat tēperate. Et ſilr̄ fortis ⁊ reliqúe ſilr̄ virtutes opatiue:intēdo qm̄ oīuꝫ earꝫ viſitator indiget aliquo altero. Sapiēs aūt pōt vti opīone ⁊ ſapīa ſolus: ⁊ q̄to fuerit pfectiꝰ ſapiens erit potētior ad hoc:⁊ q̄uis nō dubitet cū ſit meliꝰ agēs qn̄ fuerit ei adiutores ad hoc.verūtamē poſſe eſt ei vt agat actionē ſuā ſingularē: ⁊ vt ſit in actiōe ſua ſufficiēs eſt diuerſo reliqs virtutibꝰ: qm̄ oēs indigēt accipe in qd̄ agāt:aut magis aut minꝰ. Et qn̄ fuerit hec actio pfectioris ſufficiētie ceteris actōibꝰ ⁊ pfectiꝰ ſufficiēs eſt actꝰ felicitatis:h̄ ergo actꝰ felicitatis eſt:intēdo actū ſapiētie ⁊ ſpeculatōis. ¶ D.⁊ vr̄ felicitas eē in cōflictu eo q̄ occupamur quidē ad cōfligenduꝫ ⁊ pliandum pp eſſe cum ſalute ⁊ pace.

Cap. 9.

Ydetqꝫ ſola pp ſe amari:nihil eiꝫ ab illa ꝑuenit pp cōtēplationē:at ī rebꝰ agēdis vel plus vel minꝰ acqrimꝰ pter actōeꝫ. ¶ Videturqꝫ felicitas ī ocio eē:negociamur.n.vt ociemur ⁊ bellū gerimꝰ vt in pace degamꝰ. Agibiliuꝫ ergo virtutū in ciuilibꝰ aut bellicis rebꝰ ſunt opationes. Actiōes vero que circa iſta verſant negocioſe videtur. Bellice qdē oīno. Nullus.n.bellū expetit bellādi grā: neqꝫ parādi illa q̄ ad bellū ptinēt. Nā videret penitꝰ ſanguinolentꝰ quidē eē ſi amicos faciet hoſtis vt pugne cedeſqꝫ ſequant. Eius ēt q in repu.verſat negocioſa eſt vita. Preter opes ⁊ honores ſibi īſup cōparātis: vel certe felicitatē ſibi ⁊ ciuibꝰ aliā q̄ ciuiliū exn̄tē quā ⁊ q̄rimus

certe:vtpote aliã. Si ergo rerũ q̄ ſunt ſm virtutez magnitudine ⁊ pulchritudīe ciuiles belliceqꝫ ꝑcellãt. Et hec negocioſe ſunt: ⁊ finē quendã appetũt: ⁊ nõ pp ſeipſas ſunt expetēde. Mentis vero opatio ſtudioqꝫ ꝑcellere vī ꝯtēplatiua exñs: ⁊ ꝑter ipſaz nullũ finē appere: habereqꝫ voluptatē ꝓpriã q̄ opationē exauget ſufficientia porro ⁊ ociũ ⁊ tranqllitas hũana: ⁊ q̄cũqꝫ alia tribuunt beato viro ſꝫ hãc opationē eē vñr: ꝑfecta vtiqꝫ felicitas hec erit aſſumēs longitudinē vite ꝑfectã. Nihil.n.eoꝝ q̄ felicitatis ſunt imꝑfectũ ē: talis aũt potior eēt q̄ ſꝫ hominē. Nõ.n.q̄ hõ eſt, ita viuet: ſꝫ q̄ diuinũ qddã in ipſo exiſtit. Quãtũ ãt differt hec a cõpoſito: tãto ⁊ hec opatio ab illa q̄ eſt ſꝫ virtutē. Si itaqꝫ diuinũ eſt mēs ad hoīez ⁊ vita q̄ eſt ſm aliã diuia eſt ſm humanitatē vita. Opꝫ aũt nõ queādmodũ mouēt qdã nos humana curare cũ ſumꝰ hoīes: ⁊ mortalia cũ ſumus mortales: ſꝫ q̄ꝫtũ fieri põt ad īmortalitatē admitti: ⁊ oīa facere vt viuamꝰ ſm optimũ eoꝝ q̄ in nobis ſunt. Licet.n.molle parũ id ſit: tñ potētia ⁊ ꝑcio multomagis exiſtit: ⁊ vī porro quiſqꝫ eſſe hoc ſiqdē pricipale ⁊ meliꝰ. Abſurdũ igr̄ foret ſi nõ illius vitã: ſed alterius cuiuſdã eligamus.

¶ Et qđ prius diximꝰ nunc q̄ꝫ cõgruet. Propriũ enim cuiqꝫ nã optimũ ⁊ iocũdiſſimũ eſt. Et hoīuz igit̄ ea vita que eſt ſm mentē: ſiquidez maxime hoc eſt hõ. hec vita ergo beatiſſima. Scđaria vero illa q̄ eſt ꝑ aliã virtutem. nã opationes ſm illã humane ſunt. Juſta igit̄ ⁊ fortia ⁊ alia q̄ ſunt ſm virtutes īuicē agimꝰ in cõmercijs: ⁊ alijs expeditiōibꝰ: ⁊ varijs rebus. In affectibꝰ quoqꝫ decorē vnicuiqꝫ ſeruamꝰ. Hec autē oīa vident̄ humana: quedã etiã a corꝑe ꝓuenire ⁊ in multis appropriari affectibus moris virtus. Cõiugata eſt.n.prudētia moris virtuti: ⁊ illa prudētie: ſiquidē principia prudētie ſunt ſm virtutes morales. Rectũ aũt in moralibꝰ ſm prudētiã: ꝯiuncte vero hec affectibꝰ ⁊ circa cõpoſitũ eēnt. Cõpoſiti aũt virtutes hũane ſunt: ⁊ vita igit̄ ſm illas ⁊ felicitas. Illa

Maxīe hõ eſt homo ſꝫ mentem.



vero qui mentis ſepata. Hactenꝰ.n.de illa dictũ ſit. Nã diligentiꝰ diſcutere ſupra ꝓpoſitũ foret: vī ⁊ iam extrēa ꝯfluētia parũ vel minus indigere q̄ꝫ moralis. Sit eniz vtriſqꝫ neceſſarioꝝ indigētia par. Quãquã magis laborat circa corpus q in republica verſat̄: ⁊ q̄cunqꝫ talia: tñ parũ refert: ſꝫ in opationibꝰ multũ differũt. Naz liberali qdē pecunia opus eſt ad liberalitatē exercendã: ⁊ iuſto ad remuneratiões: q: voluptates hoīum obſcure ſunt: ⁊ ſimulãt ſe iuſta velle: cũ nõ ſint iuſti: forti quoqꝫ erit potentia ſi ꝑfecturus ſit aliqd ſm virtutē: ⁊ modeſto licentia. Nam q̄uo diſcerni põt vel hic vel alioꝝ quiſpiã. Eſt aũt qõ qd tãdem pricipaliꝰ in virtute ſit: factũ ne: an electio: vtpote in vtriſqꝫ exñte ṽtute. Perfectũ g̃ in vtriſqꝫ ꝯſtat eſſe: ſꝫ ad res agēdas in illis opꝰ: ⁊ quãto maiores ⁊ ꝑclariores ſunt tanto magis. At cõtēplanti nihil taliũ opus eſt: ac opationē: ſꝫ vt ita dixerī ꝯtēplationē impediũt: verũ qua hõ eſt ⁊ cũ pluribꝰ viuit: eligitqꝫ virtuoſa facere indigebit ꝓfecto his ad hoīs vſum.

¶ Nonum capl̄m q̄ q: prudentia ſequitur mores virtutis ⁊ non ecõuerſo: ⁊ moralis virtus humana eſt ⁊ paſſionibus cõiuncta: ac per hoc ⁊ compoſiti erit vtiqꝫ prudentia ⁊ compoſiti: ⁊ vita que ſm has ⁊ felicitas ſimilr̄ humane ⁊ cõpoſiti eis que ſm intellectum vita ⁊ felicitate exiſtentibus ſeparatis: q̄ qꝫ ſpeculatiuus parum valde indiget exterioribus ⁊ minus politico: ambobus indigentibus equaliter neceſſarijs politico indigente pluribus ad operationes liberales ⁊ iuſtas ⁊ alias hmõi: quibus agnoſcuntur virtuoſi politici: ⁊ q̄ etiam perfectio virtutis actiue conſiſtit in voluntate ordinata ⁊ exteriori actione: que quanto minor: tãto pluribus indiget exterioribus: quibus non eſt opus ſpeculatiuo ad operationez ſed magis ad ſpeculationem impedimēta: qui tamen vnde homo opus habet talibus ad humanitatem conſeruari. Dixit. 9

T vniuerſalr̄ omnibꝰ de virtutibꝰ regitiuis que ꝓportionant̄ opationibus ciuilibꝰ vlibus gubernatiuis: vt ſunt bella ⁊ reliqua: putat̄ q̄ ſint ꝓpter aliud: particularia quidē ex ipſis vident̄ eſſe ꝓpter rem particularē: ⁊ vlia ꝓpter vlem: vt ars bellandi: nullus.n. eligit̄ bellari vt ſit bellatio eius totalr̄ cã ſuſcitãdi bellum aliud. Omnibus eniz modis credit̄ de eo qui per actũ ſuũ amicos inimicos donec inter ipſos fiat bellũ: qđ fit ſm actũ ſuũ in fine malitiaꝝ: ⁊ q̄ ꝯſequat̄ ipm ꝑ hunc actũ ſuũ horror interfectiõis ⁊ dãnũ eius. Cũqꝫ ſic ſit: ē quidē occaſio bellãtis: vt lucret̄ ſibi delectationē ⁊ ciuitati bona ⁊ honores: ⁊ vl̄r vt lucret̄ felicitatē ſibi ⁊

ciuib⁹:⁊ manifeſtū eſt φ res in alijs actiōib⁹ ciuilib⁹ eximijs p̄ter artē
bellādi ſil'r ſe hʒ: intēdo φ q̄runt̄ pp aliud:⁊ cū actōes ciuiles superēt
reliq̄s op̄atiōes q̄ ꝓportionant̄ virtutib⁹ excellentia ⁊ q̄titate: ⁊ ſint
iſte occupate pp aliud ⁊ cōcu; iſcāt cōplemētū ab extra: neq; ſint ele
cte pp ſe:⁊ ſit act⁹ intellect⁹ diſtinct⁹ ab iſtis actionib⁹ honorificētia ⁊
nobilitate: cū ſit act⁹ eius vſus opīonis:⁊ eſt honorabilior actuum ⁊
nō appetit vt ſit ei cōplemētū aliud penit⁹ per cōplementū ſuiipſi⁹:⁊
ſit ei delectatio ꝓpria ſuperās ceteras delectatiōes ⁊ creſcat iſta dle/
ctatio cremēto ſuaꝝ actionū ⁊ inueniat̄ in actiōe ſua ſufficiētia ⁊ qes
ſm deſideratū ei modū:⁊ ſil'r tunc inuenit̄ vniuerſitas rerū: q̄ ꝓpor/
tionant̄ viris deſiderati ſtat⁹ ⁊ felicitatis ⁊ patēs eſt: qm̄ iſte res inue/
niunt̄ huic actui eidē. Cū ſic ſit: eſt q̄dē iſte act⁹ felicitas pfecta: quā/
do p̄paratū ei fuerit: vt inueniat ſpaciū cōpletū ex vita hoīs: nō erit
cōpletū ex vita hoīs: nō eniʒ erit cōpletū niſi qn̄ inuētuʒ fuerit ei ſpa/
cium cōpletū:⁊ nō ꝓportionat̄ felicitati aliq̄d nō cōpletum. Et vitaq̄
eſt in hmōi actu altior eſt q̄ vt ꝓportionet hoī: nō eniʒ eſt vita ei⁹ in
hac diſpōne ſm φ vita hoīs: ſʒ ſm φ in ea eſt res diuina:⁊ hoc quidē
eſt ſm menſurā ſeparationis iſtius ptis aīe a cōparatiōe: intēdo ptē
cui inuenit̄ iſta actio ⁊ diſtātia eius in hac intētione a ceteris poten/
tijs a qb⁹ exiſtūt cetere virtutes: ītēdo qm̄ ille cōpoſite: iſta vero aut
ſimplex aut ꝓpinqua ſimplici eſt ſepatio actus ei⁹ a ceteris virtutib⁹
ſm mēſurā qua diſcretor ſimplex nobilior eſt cōpoſito:⁊ ſil'r ſm menſu
ram honorificētie actus diuini in hoīe ſup reliq̄ q̄ ſunt in ipſo eſt men
ſura honorificētie vite q̄ ꝓportionat̄ ceteris potētijs. Et pp hoc eſt φ
videm⁹ vitā ꝓportionatā huic actui qn̄ cōparat̄ vite ꝓportionate ce
teris virtutib⁹ eſſe diuinā:⁊ illā humanā. ℭ B. Opʒ igit̄ ne ſit cura ⁊
appetit⁹ hoīs humana: q̄uis hō ſit ſicut mādauerit mādatores hu⁹
neq; vt ſit appetit⁹ eius appetit⁹ mortalis: q̄uis ipſe ſit mortalis: imo
opʒ vt efficiat ea īmortalia ſm φ poſſe fuerit:⁊ vt faciat oē q̄d facit q̄/
tenus viuat vita vigoroſiore: q̄ eſt ī ipſo honoratiore: q̄uis. n. hō par
uus ſit corpe ⁊ magnitudie: potētia tn̄ ⁊ honore ſupat oīa multū: intē
do p potētiā intellectū: hec. n. potētia dn̄atrix eſt ſup oīa. ℭ Dixit: ⁊
ꝯueniēs q̄dē eſt opinari φ exn̄tia cuiuſcū q; hoīs in q̄rtū hō eſt p hanc
ſbam que noīat̄ intell's cū ſit honorati⁹ ⁊ meli⁹ q̄d eſt in eo:⁊ vita ꝓ
portionata huic eſt vita ꝓportionata hoīe ⁊ cōueniēs eſt: vt nō eli
gat aliq̄s vitā ſuiipſi⁹: imo eligat vitā alteri⁹. ℭ B. ⁊ opʒ vt nūc dica
tur ēt q̄d iā dictū eſt pri⁹: qm̄ ꝓpriū vnicuiq; aīalīū eſt vigoroſi⁹ q̄d ē
in ipſo nāliter ⁊ delectabili⁹. Si ḡ eſt intell's hoc mō in hoīe erit vita
q̄ ꝓportiōat̄ ei tal'r in hoīe: intēdo delectabiliorē vitaꝝ:⁊ vigoroſiorē
eaꝝ: cū ſit hec vita hūana magis q̄ alie. Itē igit̄ illa q̄ ꝓportionat̄
huic virtuti beata ē valde: q̄ vero ꝓportionat̄ virtuti alij beata ē mō
ſcd̄ario: eo φ actōes illaꝝ virtutū hūane ſunt: ⁊ actio iſti⁹ diuia: put
diximus:⁊ ſunt q̄dē ille hūane: eo φ actōes iuſte ⁊ fortes ⁊ cetere opa/
tiones q̄b⁹ vtimur in eo φ ē inter nos ſm φ ipſe ſunt virtutes in ne
gociatiōib⁹ ⁊ indigētijs ⁊ oīb⁹ actiōib⁹ ⁊ paſſionib⁹ cōſeruār φ opʒ cō
ſeruari vnicuiq; ex reb⁹. Appet. n. φ oīa iſta ſunt hūana:⁊ vt deq̄/
buſdā eorū q̄d acciderat ex pte nāe corpis:⁊ φ virt⁹ moralis figuret
paſſiōes multū:⁊ ſunt q̄dē virtutes ex mō ꝯmēſurādi actū. V. g. qm̄
caſtitas inuenit̄ qn̄ prima eius fuerit prudētia: eo φ ipſa q̄deʒ ſit ſm
menſurā

*Marginal note:* Q̄uis hō̄ puus ſit corpore ⁊ magnitudine: potētia tn̄ ⁊ honore ſuperat oīa.

menſuraʒ prudentie:⁊ qn̄ antecedit̄ prudentia ⁊ paſſionib⁹ numerat̄
īter cōpoſitas:⁊ virtutes cōpoſite ſunt humane:⁊ vita ſua ⁊ felicitas
ſua ſil'r. Felicitas aūt intell'us ſepata eſt ab iſtis: intēdo a paſſionib⁹.
ℭ B. Et dictio h de ipſa eſt cū hac quātitate: pſcrutatio. n. de ipſa h al
terius ꝓpoſiti eſt: vult vt eſtimo: qn̄ pſcrutatio de ipſa h pſcrutatio de
nāli be ei⁹: ſʒ eſt q̄dē pſcrutatio de ipſa ppea φ ipſa finis. ℭ B. Et puta
tur fortaſſis φ actio p intellectū indigeat acq̄ſitiōe diſpōnis moralis:⁊
verūtn̄ hoc ab ex eſt neq; multa neq; laborioſa: reb⁹ vero neceſſarijs
ambe idigēt: intēdo vtutes figuratiuas ⁊ vtutes ſpeculatiuas indigē
tia eq̄li. Et vtutes figuratiue ciuiles laborioſe ſunt magis corpal'r q̄
ſpeculatiue. Et vtutes figuratiue ⁊ ſpeculatiue diuerſitatē hn̄t ⁊ ī aīa
⁊ in corpe paruā: intēdo in eo φ indigēt ex aīa ⁊ corpe. In actionib⁹
vero multū. virtutes nāq; figuratiue multis reb⁹ īdigēt ab extrīſeco.
Uir. n. liberalis opib⁹ indiget ad agēdas actiōes liberalitatis. ſil'r iu
ſtus indiget in quo appet act⁹ iuſtitie: eo φ volūtas iuſtitie nō eſt ma
nifeſta: neq; iuſtitia eſt in volūtate tn̄:⁊ illi q̄ nō ſunt iuſti oſtētāt q̄dē
ſe eē iuſtos p opōnes: pp hoc φ oēs vidēt φ ſignū iuſtitie eſt opō ei⁹:⁊
ſil'r fortitudo indiget inſtr̄is aīatis ⁊ īaīatis:⁊ potētia p quā actiōes
ſuas agat:⁊ ſil'r caſt⁹ īdiget reb⁹/ī q̄b⁹ actio ſua mereat̄ dici caſtitas:
quaten⁹ fiat manifeſtū an ſit caſt⁹/an nō. Cui. n. nō extiterint res/in
q̄b⁹ ſit caſtitas: neq; p̄t ſup ipſas: huic nō īueniunt̄ actōes caſtitatis.
ℭ B. Et hoc q̄rēdū eſt an electio actiōis eſt dignior: vt ſit virtus aut
actiōes: ſi. n. virt⁹ ineſt electiōe tm̄: nō indiget virtuoſus iſtarū reruʒ
que ſunt extrinſec⁹. Si vero in vtriſq;: tūc manifeſtū eſt: qm̄ indiget
eis. At manifeſtū eſt: qm̄ virt⁹ aut eſt in vtriſq; aut in actiōib⁹. Ma/
nifeſtū eſt. n. φ cōplemētū in vtriſq; eſt: eē aūt ei⁹ in actiōe īdiget dle
ctatiōe multa. Si vō fuerit in actōib⁹ ſicut declarātū fuit in eo q̄d p̄terijt
indiget cauſis ab extrinſeco: ⁊ quāto fuerint actiones plures ⁊ melio
res indigent ab extra rebus plurib⁹. Ille aūt qui vtit̄ intuitu ſpecula
tiuo nulla indiget iſtaꝝ reruʒ ad actionē: imo poſſe eſt vt dicat̄ φ iſta
impediūt vſum actus ſui proprij: intendo vſum ceterarū actionū vir
tutum. ℭ B. Si vero fuerit homo tantū: intendo nō perfectus perfe/
ctione humana:⁊ elegerit vt ſit vita eius cum multitudine oportebit
vt agat actiōes virtutis vt ſequat̄ modos viuendi hominuʒ ⁊ nō in/
diget huiuſmodi actione perfecta. Cap. 10.

Q ſie vero pfectaʒ felicitateʒ cōtemplatiuaʒ
quādaʒ opatione vel ex eo patebit φ deos
maxime exiſtimam⁹ felices ac beatos eē: at
quas res illis tribuimus agendas: vtrū iu/
ſtas: an erit ridiculuʒ ſi in cōtractib⁹ ac red
dendis depoſitis:⁊ hmōi rebus occupati dicant̄. Sed
an fortes in ſuſtinēdis terroribus ⁊ periculis ſubeūdis
honeſti cauſa: an liberales at cui dabunt. Et ſimiliter
abſurduʒ eſt dicere illis eſſe nūmos vel tale aliq̄d. An
modeſtos: atq; tandeʒ iſta laus eſt nō hn̄tibus prauas

cupiditates. Ita p oīa diſcernēdi appebit in reb⁹ agēdis puū qddā eſſe: ⁊ indignū numie deoꝝ. At qui illos viuere cūcti exiſtimāt ⁊ opari: ergo natura dormire eos dicēdū nō eſt: quēadmoduꝫ endimioneꝫ. Viuenti ſi nec agere qcq̄ꝫ tribuat: ⁊ multomagis nec facere qd̄ reſtat tādē pp ꝯtēplationē. Quare opatio dei beatitudie pcellēs cōtēplatiua qdā eēt. Et in hoīb⁹ ergo illa q̄ huic cognatiſſima ē erit vtiqꝫ feliciſſima. Hui⁹ ſignū fuit ꝙ cetera qdē aīalia felicitatis capacia nō ſūt: cū tali opōne penit⁹ careāt. Nā dijs qdē oīs vita btā eſt: hoīb⁹ vero inquātū ſīltudo qdā cōpetit: qm̄ nullatenus pticipia ſunt cōtēplatōis. Quouſqꝫ ergo ſe cōtēplatio extēdit eo vſqꝫ felicitas: ⁊ qbus magis eſt cōtēplari eiſdē ⁊ felices eſſe: nō ſm accidēs: ſed ſm cōtēplationē: nā ipſa p ſe pcioſa eſt. Itaqꝫ felicitas vtiqꝫ erit cōtēplatio qdā. Indigebit quoqꝫ externa pſpitate cuꝫ hō ſit: nō.n. nā p ſe ſufficiēs eſt ad cōtēplāduꝫ: ſed opꝫ ſanū eſſe corpus: ⁊ alimenta ceterūqꝫ famulatū ad eē: nec tn̄ ſi abſqꝫ externis bonis beatū eſſe nō dat: ideo putādū eſt multis ac magis illū īdigere: nō.n. in exceſſu ſufficiētia ē: neqꝫ iudiciū: neqꝫ actio: ſꝫ pn̄t ēt q nō terre mariqꝫ dn̄ant hōeſta agere. nā a mediocrib⁹ ēt facultatib⁹ pōt qs illa agē q ſūt ſꝫ vtutē: hoc ope lꝫ intueri: nā priuati hoīes nō min⁹ vīr recta facere q̄ꝫ illi q ſint in dignitatib⁹ aut potētia cōſtituti: imo ēt magis. Satis eſt vero tot adeſſe: erit eniꝫ btā ei⁹ vita q ſm virtuteꝫ opabit: ⁊ ſolutio fortaſſe recte felices oſtēdit eſſe mediocriter abūdantes externis bonis agētes pclara ⁊ viuentes modeſte. Pōt.n. ⁊ q mediocria poſſidet agere q oꝫ. Anaxa. quoqꝫ vr̄ nō locupletē nꝫ potētē exiſtimare felicē: dicens: ſe neq̄q̄ꝫ mirari ſi ille multitudini abſurdus qdeꝫ videret. Nam multitudo ſoluꝫ iudicat a rebus externis. Cōcordare his vīr ⁊ ſapientuꝫ opiones. Fidē igit qꝫdā hec hn̄t: ceteꝝ veritas ī rebus ex opib⁹ ⁊ vita diſcernit. Naꝫ his eſt principale. cōſideranda iſta ſunt ad vitā ſcāqꝫ referendo: ⁊ ſi cōcordāt in

Dijs quidē oīs beata vita eſt hoīb⁹ vero inquātuꝫ ſīlitudo qdā cōpetit.

Multitudo ſolū iudicat a reb⁹ externis.



opibus recipe illa opꝫ. ſi vo diſcordant rōnē pquirere. Qui ſm menteꝫ operat ⁊ eaꝫ colit: ⁊ optime diſpoſit⁹ eſt amiciſſimus dijs vr̄ eē. Nā ſi dij curā aliquā hn̄t hūanarūꝫ reꝝ: vt eſtimat ⁊ credit rōabile ē eos gaudere optimo ⁊ cognatiſſimo. Tale hmōi vero mēs eſt ⁊ amātib⁹ illā maxie honorātibuſqꝫ fauere tanq̄ꝫ reꝝ ſibi chariſſimaruꝫ curatoribus ⁊ recte ac bn̄ agentibus. Q aūt hec oīa ſapienti maxie cōpetāt nō eſt obſcuꝝ. Amiciſſimū ergo deoꝝ eūdēqꝫ feliciſſimū eſſe decēs eſt. Itaqꝫ ⁊ hoc mō ſapiēs vtiqꝫ erit maxime felix.

Infinita eſt eniz cupiditatis natura: ad cuius explerio/ Infinita eſt cupiditatis natura.
nez plurimi viuũt. Horuz igitur principiũ eſt magis q̃ꝫ
patrimoniorũ exequatio ciuitatẽ ſic inſtituere: vt boni
quidez viri plus q̃ꝫ ſibi cõpetat hr̃e nõ querãt. Impro/
bi aũt querãt habere nõ poſſint. Hoc aũt fiet ſi inferio/
res ſint: nec iniuriam patiantur. Nec vero in hac ipſa
exequatione patrimonioꝝ recte eſt ab eo diſpoſitũ cum
fundos ⁊ agros exequet ſoluz: ſed ſunt ſeruoruz armẽ/

toꝛũqꝫ ⁊ pecuniaruʒ diuitie: ⁊ apparatus ingens earuʒ
reruʒ: quas ſuppellectilem vocitamus. An igitur hoꝛuʒ
oĩum exequatio querenda eſt: vel moderatio quedam
mediocris: vel cuncta omittenda. Videt̃ aũt ex ipſaruʒ
legum poſitione ciuitateʒ exiguaʒ cõſtituere: ſiqdeʒ ar/
tifices omnes publici erunt: nec multitudineʒ augebũt
ciuitatis. Sed certe publicos eſſe eos qui publica fa/
ciunt opera opʒ: queadmodũ Epidamij: ⁊ queadmo/
duʒ Diophantꝰ qñqꝫ Athenis ꝯſtituit. De Phalee igit̃
repub. fere ex his depꝛehendi poteſt: ſi quid ab eo ſit
bene dictum: vel nõ bene.

## De Hippodami ⁊ Mileſioꝝ repu. Cap. 6.

Hippodamꝰ aũt mileſius qui ⁊ ciuitatũ diui
ſionẽ iuenit: ⁊ pireũ abſcidit: cũ eẽt in creta
quoqꝫ vita moꝛoſioꝛ pp glorie cupiditateʒ:
vſqꝫ adeo vt quibuſdaʒ videretur ſupfluus
capilloꝛuʒ pꝛolixitate ⁊ oꝛnatu ſumptuoſo:
pꝛeterea veſtitu vili quidem: ſed admoduʒ fracto: non
in hyeme ſoluʒ: verũetiã in eſtate. Studioſus aũt de oĩ
nã eẽ volẽs pmꝰ oĩuʒ q nõ in repu. verſati eẽnt/ aggreſ
ſus eſt aliqd dicere de optimo ciuitatis ſtatu. Cõſtituit
aũt ciuitateʒ multitudine decẽ miliũ in tres diuiſaʒ par
tes. Faciebat eniʒ vnaʒ parteʒ artifices. Alteraʒ agrico/
las. Tertiaʒ ꝓpulſatoꝛes belli. Diuiſit quoqꝫ regionem
in tres partes vt eſſet pars vna ſacra: Alia publica: Ter
tia pꝛiuata. Unde cultꝰ dijs fieret: ſacra. Unde vero ꝓ/
pulſatoꝛes belli alerentur: publica. Que autẽ agricola/
rum foꝛet: pꝛiuata. Legum quoqꝫ tres eſſe ſpecies ſolũ
putabat. De qbus vero iudicia fierẽt totidẽ eẽ numero:
iniuriaʒ: dãnuʒ: cedeʒ. Ponebat quoqꝫ vnum iudiciuʒ
ꝑncipale: ad qd oĩa male iudicata reducerentur. Idqꝫ
conſtituebat ex ſenibus quibuſdam delectis. Senten/
tias vero in iudicijs nõ calculis ferẽdas eſſe cẽſebat: ſʒ
vnũquẽqꝫ iudicẽ tabellaʒ afferre: in qua ſcriberet (ſi cõ/
dẽnaret ſimplr̃) ſententiaʒ. ſin abſolueret ſimlr̃ vacuũ.
ſin ꝑtiʒ cõdẽnaret ꝑtiʒ abſolueret idipſuʒ diffiniret. Nã
vt nunc quidẽ fit nõ recte ꝓuiſuʒ a lege exiſtimabat: qꝛ
cogant̃ hoĩes alterutruʒ iudicantes peioꝛare. Ferebat
quoqꝫ legem de his qui vtile quippiã ciuitati repiſſent
vt honoꝛibus afficerẽtur. Filios aũt eoꝝ qui pꝛo patria
bellando occubuiſſent/ ex publico alẽdos eſſe: quaſi id
nõ pꝛiꝰ fuerit lege ꝓuiſuʒ. nã eſt Athẽis ea lex: ⁊ alijs q/
buſdã ciuitatibꝰ. Magiſtratuũ vero oẽs actiões populo
attribuit. populuʒ aũt faciebant tria illa genera ciuium.
Qui vero delecti eſſent eoꝛuʒ rerũpu. curaʒ hr̃e debere
iteʒ hoſpitaliuʒ ⁊ pupillariuʒ. Plurima igit̃ ac maxime
digna memoꝛatu ĩ Hippodami ꝯſtõne iſta ſunt. Sʒ
pꝛimo dubitabit aliquis de ꝑtitiõe ciuiũ. nã ⁊ artifices:
⁊ agricole: ⁊ q arma tenẽt oẽs in reipu. cõione vſant̃. ve
rum agricole quideʒ arma nõ habent. artifices aũt neqꝫ
arma neqꝫ agros. Itaqꝫ fiunt quodãmodo ſerui eoꝛuʒ q
habent arma. Participes eſſe igit̃ oĩuʒ honoꝝ impoſſe
eſt: cuʒ ſit qdeʒ neceſſariuʒ ex his qui hñt arma cõſtitui
belli duces: ⁊ cuſtodes ciuiuʒ: (⁊ pꝛĩcipaliſſimos vt ita
dixeriʒ) magr̃atꝰ. Qꝛ ſi ꝑncipes nõ ſint reipu. quõ bono
aĩo eẽ poterũt in repu. Eniuero potẽtioꝛes eẽ oꝫ illos q
arma tenent ambabus ꝑtibus. Id aũt nõ facile eſt niſi
multitudo exuperet. Qꝛ ſi hoc erit: quid opus eſt alios
ꝑncipes eẽ reipu. ⁊ ſuffragia magiſtratuũ hr̃e. Preterea
agricole quid vtilitatis afferũt ciuitatibꝰ? Artifices eniʒ
eſſe neceſſariuʒ eſt. Nam omnis ciuitas artificibꝰ indi/
get: ⁊ pñt ꝓficere ex artibꝰ: queadmodũ in alijs ciuita/
tibꝰ. Sʒ agricole ſi hñtibꝰ arma victũ parãt/ merito foꝛẽt
ꝑs aliqua ciuitatis. Ad h̃ pꝛiuatiʒ hñt agros: ex qbꝰ ꝓ/
pulſatoꝛes belli victũ hr̃e opʒ: ſi ipſi ideʒ colant nõ eſſet
aliud agricola: aliud ꝓpulſatoꝛ belli: qd legiſlatoꝛ eſſe
vult. Sin alij quidẽ ab agricolis ⁊ ꝓpulſatoꝛibus: quar
tum erit mẽbꝛuʒ ciuitatis nulliꝰ ꝑnceps: ſed alienuʒ ad
repu. Qꝛ ſi qs dicat eoſdẽ agricolas: ⁊ ſuos coler̃: ⁊ pub
licos agros: pꝛimo fructuuʒ multitudo nõ ſufficeret: ex

quibus ſinguli binis domibus hẽant miniſtrare. De/
inde quãobrẽ nõ ſtat in ex eiſdẽ agris pro ſeq; alimẽta
ſumant: ⁊ pro ꝓpulſatoribus exhibeant. Hec ſane oĩa
magnaꝫ cõtinent turbationẽ. Nec de iudicio quoq; re/
cte ſe hꝫ lex: que iudicandũ putat cuꝫ diſtinctione litem
ſimplr̃ ſcriptaꝫ: ita vt ex iudice fiat arbitrator. Hoc. n. in
cõpromiſſo in pl'es facto recipit. Cõferũt eniꝫ inter ſe
de ſententia ferenda: ſed in iudicijs nõ recipit: imo le/
gũlatores pleriq; cõtra ſtatuũt ne iudices inter ſe collo
quant. Deinde qũo nõ erit litigioſa ſñia cum iudex nõ
putat tm̃ deberi quãtuꝫ patitur. Nam ſi petitor viginti
minas poſtulabat. Iudicum aũt vnꝰ decẽ iudicet: alter
qnq;: alter q̃ttuor: ⁊ hoc mõ diuidẽt: ⁊ alij in totũ cõden
nabunt: alij in nihilum. Quis erit modus ſententiaruꝫ
cõcordandaruꝫ. Preterea nemo peierare cogit ſimplr̃
cõdẽnanteꝫ vel abſoluentem ſi ſimpliciter petatur. Nõ
eniꝫ cuꝫ abſoluit nihil debere iudicat: ſed viginti mi/
nas non debere. At ille periurat qui cum putat viginti
minas non deberi: tamẽ condẽnat. De eo autẽ qđ in/
uenientibus aliud cõmodum ciuitati honores tribuendi
ſunt: nõ eſt tutũ lege cauere: ſed apparẽtiã ſolũ ꝓbabilẽ
hꝫ. Cõtinet eniꝫ calũnias ⁊ motũ forſan reipu. Sꝫ inci/
dit h̃ in aliaꝫ q̃õnẽ ⁊ cõſiderationẽ aliã: Utrũ dãnoſuꝫ ſit
vel vtile ciuitatibꝰ leges primas mutare: ſi ſit alia me/
lior. Quapp nõ eſt facile dicto ſtatim aſſentiri ſiq̃dẽ nõ
cõducit mutare. Fieri aũt põt vt inducat aut leguꝫ aut
reipu. diſſolutio tanq̃ꝫ cõe bonuꝫ. Sed cuꝫ in hanc mẽ/
tioneꝫ inciderimus et pauca de eo perſtringenda ſunt.
Habet eiꝫ vt diximus dubitatiõeꝫ: ⁊ melius videri põt
vt mutatõeꝫ recipiant. Naꝫ in alijs quideꝫ ſcientijs hoc
prodeſt: ceu ſi medicina ab inſtitutis patrijs mutetur: ⁊
gymnaſtica: ⁊ alie artes: atq; facultates. Quarũ cũ vna
ponẽda ſit ciuilis diſciplina. Patet in ea quoq; eandeꝫ
rõnem eſſe tenendaꝫ. Probare aũt hoc dicet aliquis ⁊
in ipſis rebus. Antiquas enim leges nimiuꝫ rudes eſſe
⁊ barbaras. Armati ſiquidẽ incedebant greci: ⁊ vxores
emebant inuiceꝫ: ⁊ quecũq; vetuſta iura alicubi extant
penitus rudia ſunt: ceu apud Cumas de cede lex eſt: ſi
accuſator teſtes inducat ex agnatis proprijs: reum eſſe
cedis cõtra quem ꝓbatur. Querunt autẽ non patriuꝫ:
ſed bonuꝫ oẽs. Putandumq; eſt priſcos illos homines
ſiue ex terra geniti fuerint ſiue ex corruptiõe aliqua ſer/
uati ſeminis fuiſſe ignaros ⁊ imprudẽtes qđ ꝺ terra na
tis dicit: vt abſurdũ ſit in eorũ opinionibꝰ ꝑſiſtere velle.
Preterea neq; leges ſcripte meliores ſunt: ſi ſunt immuta
biles. Ut eniꝫ in alijs artibꝰ: ſic etiaꝫ circa ciuilẽ cõſtitu/
tionẽ impoſſibile eſt ſingula ad minimũ vſq; cõprehen
dere. Neceſſe eſt eniꝫ vt generalr̃ ſcribant. At illa q̃ agũ
tur particularia ſunt. Ex his ergo vr̃ ⁊ quaſdaꝫ leges ⁊
q̃nq; eẽ mutãdas. Alio aũt mõ ꝯſiderãtibꝰ cauẽduꝫ vr̃
eẽ, maxime cũ vtilitatis q̃dẽ acceſſio pua ſit. Aſſueſcere
vero faciliter leges mutare iprobãdũ. Cõſtat ꝟo errata
quedã eſſe tolerãda: ⁊ legũlatorũ ⁊ magiſtratuũ. Nõ. n.
tm̃ ꝓderit qui corrigere perget: quãtũ nocebit aſſueta/
cto ſupioribꝰ nõ parẽdi. Mendax ⁊ de artibꝰ exẽplum.
Neq;. n. ſimile eſt mutare artẽ atq; legẽ. Nam lex nullã
vim hꝫ quo ſibi ſtetur: niſi ex more. Mos aũt non fit niſi
temporis longitudine. Quare faciliter mutare leges ex
preſentibus in alias nouas infirmam facere eſt vim le/
gis. Preterea ſi mutande ſunt leges vtrum omnes ⁊ in
omni repub. vel non: ⁊ vtrũ a quocũq; aut a quibuſdã.
In his enim magna eſt differentia. Quapropter nunc
quidem omittamus conſiderationeꝫ hanc. Nam aliorũ
eſt temporum.

¶De Lacedemoniorũ repub. Cap. 7.

De lacedemonioꝝ aũt repub. ⁊ cretẽſiuꝫ/ fer/
me aũt ⁊ de alijs duo ſunt ꝯſiderãda. Unũ ſi
q̃d recte vel nõ recte ad optimã cõſtitutio/
nem in illis ſit ordinatũ. Aliud ſi q̃d ad ſup/

poſitionē ⁊ modum id futuruz ſit non facile eſt comprehendere. Nam ⁊ peneſtie theſſaloꝝ multotiēs in ipſos theſſalos inſurrexerūt. Et Ilotes lacedemoniorū i caſibus eoꝝ aduerſis nunq̄z inſidari deſtiterūt. Verū apud cretēſes nihil adhuc tale accidit. Cauſa forſan eſt: quia vicine ciuitates quāuis inuicem bellum gerant: tamen earum nulla rebelles recipiunt: quoniā id nō conducit: quādo ⁊ ipſe peritos habēt. At lacedemoniorū finitimi omnes inimici erāt Argiui Meſenij ⁊ Arcades. Naz ⁊ Theſſalis ab initio rebellarūt: duz cū finitimis Acheis ⁊ cum Perrebis ⁊ Magneſijs gererent bellum. Videtur autez ⁊ ſi nihil aliud: attamen hoc ipſuz eſſe perdifficile: queādmoduz cum eis ſit cōuerſanduz. Nam ſi remiſſe erga illos te geras ſuperbiunt illi quidē: ac ſe pares dominātibus exiſtimant. ſin aſpere tractentur: inſidiantur: atq; odio habēt. Patet igitur nō reperire optimum moduz circa eos quibus iſta cōtingunt circa ſubiectos. Preterea lenitas in mulieres: ⁊ ad propoſitum reipubli. nocet ad directionez ciuitatis. Ut eniz domus pars ſunt vir ⁊ vxor: ita ⁊ ciuitatem bifariaz diuidi cenſendum eſt in viroruz multitudinez ac mulieruz. Quocirca in quacūq; republi. male prouiſum eſt circa mulieres: in ea putanduz eſt medietatez ciuitatis eſſe neglectam: qd̓ ibi contingit. Volens. n. legiſlator totaz ciuitatem eſſe duram: ac laborum patientez: in viris quidem id feciſſe conſtat: in mulierib⁹ autem nō feciſſe. Viuunt enim mollite ac in omnē licentiam diſſolute. Itaq; neceſſariuz in tali republi. diuitias haberi in precio: preſertim cum viri ſint mulieribus obnoxij: quod accidit omnibus ferme militaribus bellicoſiſq; gentibus: preterq̄z celtis: aut ſiqui alij coitum maſculorum pallā receperunt. Videtur aūt qui primus fabulatus eſt non irrationabiliter venerem marti coniunxiſſe. Quoniam omnes huiuſcemodi homines proni ſunt ad venerea illiſq; obnoxij. Itaq; apud lacedemonios hoc

In quacunq; repub. male prouiſuz eſt circa mulieres in ea putandū ē medietatē ciuitatis eē neglectam.

fuit multaq; in eorum principatu a mulieribus adminiſtrabantur. At enim quid refert vtruz mulieres ipſe gubernarēt: an eos qui gubernāt/ a mulieribus gubernari. Idem enim accidit. Cumq; inſolentia ad nullum obſequium vtilis ſit niſi forte ad bellum: maxime nocine etiaz ad hoc ipſum laconuz mulieres erant. Patefecerunt hoc in Thebanorū aduētu: nō eniz magis vtiles preſtiterūt ſe q̄z aliarū ciuitatū mulieres: ⁊ turbā inferebāt magis q̄z hoſtes. Ab initio igit̄ rōnabil̄r cōtigiſſe lacedemonijs videt̄ in mulieres indulgentia: cū per militiaz multuz domo abeſſent Argiuis primo: mox Arcadibus ⁊ Meſenijs bellū inferentes. Irrefragātes eniz ſeipſos legum latori preſtabant aſſuefacti propter militarem vitam. Multas enim continet vtilitatis partes. Mulieres aūt fert̄ Lycurgus deducere conatus ad leges: atvbi repugnabant abſtinuiſſe. Cauſe igit̄ factorum he ſunt. Itemq; ⁊ huius omiſſi. Sed nos non id conſideramus: cui venia danda ſit vel nō danda: ſed rectuz ne ſit: vel non rectum: Que opz porro circa mulieres non bene ſe habent: videntur vt diximus ante non ſolum ipſa per ſe indecētiaz quādaz facere in repu. ſed impellere quoq; ad cupiditatez pecunie. Poſt illa eniz que nunc dicta ſunt inequalitatem rerum poſſeſſarum quis reprehendat. Nam eorum quibuſdam hoc euenit: vt magnam nimium opulentiā haberent. Alijs vero vt penitus exiguam. Quapropter ad paucos deuenerunt agri. hoc autem ex eo accidit: q: male fuerat lege puiſum: emere quidem aut vendere quod habeas fecit nō honeſte nec recte id quidez. Sed donare ac teſtamento relinquere conceſſit. Atq; idem accidat neceſſe eſt per hunc moduz ⁊ illum. Sunt eniz mulierum fere ex quinq; partibus totius regionis due multis heredibus inſtitutis ⁊ traditione dotiuz magnarum. Atqui melius erat aut nullam/ aut paruam/ aut mediocrem eſſe conſtitutaz. Nunc autem licet donare ex teſtamen/

to cuicunqꝫ: etiam ſi nullo inſtituto herede deceſſerit. Ex quo factum eſt vt regio ſufficiens mille ⁊ quingentos equites alere: peditum vero triginta milia: ne mille quidē totos habeat. Probauit autem res ipſas praue apud illos in hac parte fuiſſe prouiſum. Quoniam vno modo plaga ſuſcepta ciuitas ea corruit nec vltra pertulit ob hominum paucitatē. Aiunt etiam per tempora primorum regū nouos homines permultos donatos ob numerum ciuium (qui bello diminuti fuerāt) adaugendum. ⁊ aiunt fuiſſe quandoqꝫ ſpartiatas decē milia: ⁊ tamē ſiue ſint iſta vera: ſiue non ſint: melius eſt per adequationē poſſeſſionū replere hominibus ciuitatem. Contraria ⁊ quodammodo huic ꝓuiſioni lex illa circa ꝓlem: volens enī legiſlator q̃ꝫ plurimos fore ſpartiatas inducit ciues ad multitudinē ꝓcreandam. Eſt enim illis lex: qui tres genuerit filios eū eſſe immunē a cuſtodia. qui vero quattuor immunē eē ab oībus. Atqꝫ pꝫ ꝙ ſi multi gignanꝭ regione ſic diſtributa neceſſū eſt multos fieri paupes. At enī ⁊ q̄ circa ephoros cōſtituta ſunt praue ſe hn̄t: h̄ eī̄ magr̄atus maximaꝝ apud illos rerū ꝑtātem hꝫ: ſumunꝭ aūt ad eū ex plebe oēs vt multotiēs cōtingat hoīes valde pauperes in hac poteſtate ꝯſtitui: qui pp̄ egeſtatē venales ſint. Oſtēderūt ei ⁊ ſepe prius ⁊ nūc in andrijs. Corrupti eī̄ pecunia qdā quātū in ſe fuit totā rēpu. euerterūt: ⁊ pp̄ eiꝰ magr̄atꝰ nimiā ꝑtātē: ac tyrānidi parē: ēt reges ipſos populares fieri cōpulerunt: vt in hac quoqꝫ parte reſpub. lederetꝭ. Popularis enī ſtatus ex optimate reſultauit. Cōtinet tn̄ rēp. magr̄atꝰ ipſe. Acqeſcit enī plebs ex eo: q: maximi magiſtratꝰ capax eſt. Ita ſiue p legiſlatorē ſiue p fortunā euenit h̄ vtilr̄ ſe hr̄e. opꝫ enī rempu. q̄ diuturna ſit velle vt oēs ciuitatis partes cōſtēt atqꝫ ī ſtatu ſuo permaneant. Reges ergo pp̄ honorē ſuū ita ſe habebūt. Preſtantes aūt viri pp̄ ſenatū: nam ea dignitas virtutis eſt premiū. Plebs aūt pp̄ ephoriā: naꝫ cōſtituiꝭ ex oībus.

Sed oportebat hūc magiſtratū ſumi quidē ex oībꝰ: non tn̄ per hūc modū per quē nūc fit: ⁊ iudicādi de magnis rebus poteſtatē hn̄t hoīes cōtingētes. Itaqꝫ melius foret non ſꝫ lr̄as ⁊ leges. ¶ Eſt ēt ephoroꝝ vita neq̄q̄ꝫ cōueniens ꝓpoſito ciuitatis. Nam ephori quidē molliter viuunt. in ceteris aūt tāta aſperitas eſt vite vt nequeant hoīes illā perferre: ſꝫ clā trāſgredientes legē voluptatibus fruanꝭ. Senatoꝝ quoqꝫ poteſtas non recte apud illos cōſtituta eſt. Nam ꝙ ſint viri boni ac ſufficiēter ad ꝟtutē eruditi: dicet forſan aliqs ciuitati ꝯducere. Enimuero ꝙ per oē vitā magis de rebꝰ decernēdi poteſtatē habeāt periculoſū eſt. Eſt eī̄ vt corpis ſic etiā ⁊ ciuitatis ſenectus. Per hūc aūt modum eruditis vt ⁊ legiſlator ipſe diffidat tanq̄ꝫ non bonis viris nequaqꝫ tutum. Videtur aūt hi qui in hac ꝑtāte cōſtituti ſunt largiēdi gratificādiqꝫ permultā facultatē hr̄e. Quapp̄ melius erat eos rōne reddēdi ſubiectos eē: nūc aūt nō ſūt. ¶ Videꝭ ephororū magiſtratus oēs alios magiſtratꝰ corrigere. In hoc aūt nimiū certe illis ꝑmiſſū: ⁊ nō p hūc modū dicimus rōnē reddere oportere. Inſup creatio ipſa ſenatoꝝ quā per ſuffragia faciūt perleuis eſt; ac ipm̄ petere qui eligēdus ſit non recte ſe hꝫ. Opꝫ ⁊ volētē ⁊ nō volentē ad magiſtratū aſſumere: ſi dignus ſit eo magiſtratu. Nūc aūt idem facere in hoc vr̄ legiſlator: qō ⁊ in alia repu. Ambitioſus enim faciēs ciues: illis vtitur ad ſenatoꝝ delectum. Nemo enī magiſtratū petet niſi honoris ſit affectator: atqꝫ pleraqꝫ eorū que homines iniuſte faciunt per ambitionē ⁊ auaritiā cōmittunꝭ. ¶ De regia vero poteſtate vtrū melius ſit eam in ciuitatibus exiſtere nec ne: alia foret diſputatio. Attamē melius nō vt nunc quidem: ſꝫ pro vita cuiuſqꝫ regis iudicare. Q̄ꝫ aūt ne ipſe quidē legiſlator: credit ſe facere bonos ⁊ honeſtos: manifeſtū eſt. Diffidit enī quaſi non ſit ad ſufficiētiā boni viri. Itaqꝫ legatos ſimul mittebāt inimicos ac ſalutē ciuitatis eē putabāt ſeditiones regū. Nō bene

Pleraqꝫ eoꝝ q̄ hoīes iniuſte faciūt p ambitionē ⁊ auaritiā cōmittunꝭ.

etiā circa comeſſationes q̄ illi Phiditia nominãt: ↄſtitutum eſt ab initio. Oportebat enī magis ex publico eē cōuentū: quēadmodū ī Creta: ſʒ apud Lacedemonios vnuſqſqʒ cōferre hʒ: ⁊ ſi ſunt qdeʒ longe pauperrimi q hmōi ſumptū nequeãt ſufferre. Ex quo fit vt legūlatori ↄ eueniat q̄ ipſe voluerit. Uoluit eīm ciuitatē popularē facere ꝑ comeſſatiōes: ſʒ ↄ accidit: cū nō ſit facile pauperibus comeſſationū eē participes. Moꝛe eīm maioꝝ ſic apͫ eos diffinit: vt q comeſſationuʒ pticeps eē neqãt is ad reipub. gubernationē nō admittat. Legē vͦ q̄ eſt circa ꝑfectos claſſis ⁊ alij quidā ip̄robarūt. Recte qdē. Eſt enī ſeditionis cauſa. Naʒ cū reges ſint belli duces ꝑfectura illa ꝑpetua fere alterū eſt ipſū. Et ſic ſuppoſitioni legiſlatores ſucceſſeri pōt. Quod ⁊ Plato in legibus ſuis cēſuit. Ad partē eīm v̄tutis tota ordinatio illaꝝ legū ↄtēdit. ſ. bellica. Hec aūt vtilis ad victoriā ↄſequēdaʒ. Itaqʒ ſalui erãt bellū gerētes: peribãt vero rerum potiti: qm̄ nec ociū agere: nec quicqʒ aliud exercere ſciebant preſtabilius q̄ʒ rem militarē. Illud quoqʒ erratuʒ non ſane minus q̄ putãt bona illa q̄ ad belluʒ pertinēt ex virtute magis q̄ʒ ex votis fieri: ⁊ in hoc quidē recte: ſed q̄ h̄ potiora q̄ʒ virtutē ipſaʒ putãt: in hoc nō recte. Male ēt circa pecuniā publicā cōſtitutū apud illos eſt: q: neqʒ in publico hn̄t qcq̄ʒ: ⁊ magna bella gerere coacti pecunias egre ↄferūt. Naʒ q: ſpartiataꝝ eſt plurimū agri: nō examinãt inuicē collationes: ⁊ euenit legūlatori ↄ quā cōmodū eſt publice inopiā: ꝑuatiʒ auaritiā inducere. ¶ De lacedemonioꝝ igit repu. hactenus dictū ſit: nam hec ſunt que maxime qs reprehēdat.

¶ De Repub. Cretenſium. Cap. 8.

CRetenſiū vͦ reſpu. huic finitima eſt: hʒ aūt q̄dā nō deterius: ſʒ plurima minus nitide. vt aūt ⁊ fert Lacedemonioꝝ reſp. in pluribus imitata Cretēſem. Uetuſta aūt pleraqʒ rudiora ſūt nouis. Ferūt eīm Lycurgū poſt dimiſſaʒ Charilli regis tutelā cū lōgo tpe peregrinaret in Creta plurimū fuiſſe diuerſatū ꝑp cognationē. Erãt enī Lyctij Lacedemonioꝝ coloni. ſuſceperãt aūt hi q ī eam Coloniā venerãt inſtituta legū: tūc in antiqs habitatorib⁹ obtinētia. Quapp ⁊ nūc Perieci eodeʒ mō illis legib⁹ vtunt: q̄uo eas Minos cōſtituit primus. Uidet aūt hec inſula ad ꝑncipatū grecie eē nata ac ꝑclare ſita. Cūcto nāqʒ iminet mari. Cū fere greci oēs circū mare ſint poſiti. Abeſt eīm hinc modicū a Peloponeſo: illinc vero ab Aſia circa Triopium ⁊ Rhodū. Quare imperium maris obtinuit Minos: ac ⁊ iſulaꝝ alias ſubegit: alias vero dudū incultas habitari fecit tandē Siciliam aggreſſus circa Camerinā defunct⁹ eſt. Habet enī cōuenientiam Cretica inſtitutio cū Laconica. Agriculturā exercēt: apud hos qdē Ilote: apud illos vero Perieci. ⁊ comeſſationes ſunt apud vtroſqʒ: ⁊ antiquitus nuncupabãt Lacedemonij h̄ nō Phiditia: ſʒ Andria quēadmoduʒ Cretēſes. Ex quo palā eſt inde ꝑueniſſe inſuꝑ reipub. inſtitutio. Ephori nāqʒ eandē vim hn̄t quaʒ in Creta hi q Coſmi appellant: niſi q̄ Ephori quinqʒ ſunt: Coſmi aūt decem. Senatores aūt pares ſunt ſenatoribus quos vocat Cretas: cōſiliū. Regia aūt poteſtas fuit primo apud Cretas: poſtea illam ſuſtulerūt: illā imperio in bello ad Coſmos trāſlato. Concio aūt oibus cōmunis eſt: ſed aliā nullā hʒ auctoritatē q̄ʒ ea cōprobādi que a ſenatorib⁹ ⁊ Coſmis fuerint ante decreta. Que igit de comeſſationib⁹ cōſtituta ſunt: melius apud Cretas q̄ʒ apud Lacedemonios hn̄t. Nam apud Lacedemonios vnuſquiſqʒ certū quid in ſingula capita taxatū ſoluit: qͦd niſi faciat a repub. repellit: vt prius diximus. At in Creta cōmunius eſt. ex cunctis enim que a terra ꝑueniunt vel armētis, ex publicis: ⁊ his que afferūt perieci diuiſio fit: vt pars vna ad deoꝝ cultū: ⁊ ad publica onera: pars ad comeſſationes deputet. Ac ita ex publicis omnes ⁊ mulieres: ⁊ pueros: ⁊ viros. Ad tempe/

Uetuſta āt pleraqʒ rudiora ſunt nouis.

Laus magna de Cretēſi inſula.

rantiã aũt cibi quaſi vtilis ſit multa legiſlatoꝛ philoſo/
phatus eſt. Et de mulierũ diuoꝛtijs ne ſupfluã pariant
multitudinẽ ꝓſpexit alio introducto viꝛo. Q̃ð vtrũ pꝛa
ue vel nõ pꝛaue cõſtitutũ ſit: aliud erit cõſiderãdi tp̃us.
Sed ꝙ circa comeſſatiões melius ꝓuiſum ſit apud cre
tas: q̃ꝫ apud lacedemonios manifeſtũ eſt. At circa coſ/
mos deterius q̃ꝫ circa ephoꝛos. Q̃ð enim male habet
ephoꝛoꝝ magiſtratꝰ: id eſt ⁊ in illis. Sumũt.n. quiuis
ſed ꝙ in his pꝛodeſt reipu. illic non eſt. Nam hic: qꝛ ex
oı̃bus aſſumptio eſt: pꝛiceps populus ampliſſimi ma/
giſtratus vult manere rempub. Jllic aũt nõ ex oı̃bꝰ ſu/
muntur coſmi: ſed ex quibuſdã familijs. Et ſenatoꝛes
ex his qui coſmi iam fuerũt: de quibꝰ idem dici põt qð
de his que apud lacedemonios fiunt. Nam eſſe liberũ
magiſtratũ atqꝫ ꝑpetuũ maius eſt munus q̃ꝫ dignitas
eoꝛũ mereatur: ⁊ nõ ſ̃m legẽ ſcriptã iudicare: ſꝫ ſ̃m qð
ſibi videt̃ periculoſuꝫ eſt. Quieſcere autẽ plebẽ nõ par
ticipantẽ: nullum ſignũ eſt bene cõſtitute ciuitatis. Nec
quicq̃ꝫ ſuſceptionis eſt coſmis queadmodum ephoꝛis
abeuntqꝫ per inſulam longe a cõtendẽtibus. Medicia
vero quã huic delicto adhibent ridicula eſt: nec ciuilis
ſꝫ tyrãnica. Sepenumero eniꝫ aut collegе illoꝝ aut pꝛi
uati hoı̃es inſurgẽtes ꝑ ſeditionẽ coſmos expellũt. Li/
cet etiã coſmis ſeipos magiſtratu abdicare. Enimuero
hec omnia ꝓſtabat lege fieri q̃ꝫ pꝛo hominũ voluntate.
Non eniꝫ ſecura eſt regula. Omniũ vero deterrimũ eſt
potentioꝝ turbatio: qꝛ tam ſepe cõcitãt cuꝫ penas dare
volunt: per quã manifeſtũ eſt habere eam inſtitutioneꝫ
aliquid reipu. ſed nõ eſſe rẽpub. ad potentatũ magis.
Conſueuerũt aũt concita plebe ⁊ amicis ad vnius arbi
trium rem deferre: ſeditioneſqꝫ ⁊ pꝛelia inter ſe miſce/
re. At vero id quid differt ab eo ꝙ tandẽ ea ciuitas non
ſit diſſoluta ciuili ſocietate? Eſt autẽ periculoſus hoc rei
pub. ſtatus ſiqui velint poſſintqꝫ inuadere. Sꝫ vt ſupꝛa
diximus ſeruat̃ ꝓpter locuꝫ qui oẽs aduenas excludit.



Jtaqꝫ parieti manẽt cretenſibꝰ. Ueruꝫ Hilotes ꝑſepe a
lacedemonijs defecerẽ. Non enim erat in creta potẽtia
vlla externa: ſꝫ nuperrime bellum ꝑegrinũ irrupit in eã
inſulam qð patefecit imbecillitatẽ legũ ſuaruꝫ. De hac
igit̃ repub. hec dixiſſe ſufficiat.

¶ De ſuperioꝝ rerũpub. cõparatione. Cap. 9.

Videt etiã carthaginẽſiũ reſpu. bene ꝯſtituta:
multaqꝫ habere ꝑter alias: quedã vero ma/
xime ſil'ia lacedemonijs. Tres eniꝫ iſte reſ/
pu. quodãmodo iter ſe ꝓxime ſunt multũqꝫ
diſtant ab alijs. Cretica dico ⁊ Laconica ⁊
carthaginẽſis. Multaqꝫ in ipſis ꝓuiſa ſunt recte. Signũ
eſt reipu. bene iſtitute ꝙ ppl's in ſuo ꝑmãeat loco: neqꝫ Q̃ð ſit ſi/gnũ reipu. bñ iſtitute
ſeditionẽ vllã vt ita dixeriꝫ vnq̃ꝫ fecit neqꝫ tyrãnũ. Cõti
net aũt ſil'ia lacedemonioꝝ reipu. Comeſſatões qdẽ ſo
dalitioꝝ phiditijs: cẽtũ aũt ⁊ quattuoꝛ viroꝝ ꝑtãs epho
ris: ꝑterq̃ꝫ ꝙ nõ deterioꝛ. Nã illi ex ꝯtingẽtibꝰ ſunt. Hãc
autẽ poteſtateꝫ ſuſcipiũt optimates. Jmperatoꝛ vero ⁊
ſenatꝰ cõueniũt lacedemonioꝝ regibus ⁊ ſenibꝰ. Meliꝰ
aũt ꝙ imperatoꝛẽ nõ ſ̃m genus: neqꝫ ex vili aut pꝛecel/
lenti magis eligunt q̃ꝫ ſ̃m virtutẽ. Nam qui magnã ha
bent poteſtatẽ ſi ipſi nullıꝰ pꝛecij ſint multũ nocent: no
cueruntqꝫ iam lacedemonioꝝ ciuitati. Plurima igitur
repꝛehẽſioꝝ ꝑꝑ tranſgreſſionẽ cõuiuia ſunt oı̃bus ante/
dictis. Sed q̃ꝫtum ad intentionẽ optimatũ attinet: ⁊ rei
pub. quedã ad popularẽ ſtatũ magis declinãt: quedaꝫ
ad paucoꝝ potẽtiã. Nam referẽdi quidẽ ad pplm aut
nõ referẽdi aliqua imꝑatoꝛes vna cũ ſenatu dñi ſunt: ſi
oẽs cõcoꝛdẽt: ſi nõ cõcoꝛdẽt ppl's ipſoꝝ dñs eſt: q̃cũqꝫ
retulerãt magiſtratꝰ de his nõ appꝛobãdi mõ illoꝝ ſen
tentijs ꝑtãs ꝑmiſſa eſt populo. Ueruñetiã ꝓ arbitrio cõ/
ſtituẽdi ꝓuidẽdiqꝫ: ⁊ cuiuis ꝯdicere relatis illoꝝ lꝫ: qð
nõ eſt in alijs reſpu. qnqueuiratũ viro ꝗ multaꝝ ac ma
gnarũ reruꝫ ꝑtãtem hꝫ ab illis eligi: ⁊ centũuiratũ hos
eligere qui eſt maximꝰ magiſtratus: ⁊ hos plurimo tꝑe

q̄z alios imperiū retinere(Nam ꝛ perſuncti magiſtratū
imperāt/ꝛ deſignati ad magiſtratū)ad paucoꝝ potētiā
ſpectat. Eſſe autem ſine mercede: ꝛ ſine ſoꝛtitione op/
timatium eſt ponendum: ꝛ ſiquid aliud tale. Judicia
quoq̄z omnia a cunctis magiſtratibus iudicari: ꝛ nō ab
alijs alia:vt apud lacedemonios. Trāſgredit̄ autē ma
xime ab optimatibus ad paucoꝛum potentiā inſtitutio
carthaginenſium in eo qđ etiā multi compꝛobāt. Non
ſolum enim optimos:verum etiam ditiſſimos cenſent
magiſtratibꝰ eſſe ponēdos:quaſi impoſſe ſit qui egenus
exiſtat eum bene magiſtratū gerere: aut quietē optare.
Si igitur ſumere diuitē paucoꝝ potentie eſt:per virtu/
tem autem optimatū: iſta quedā eſſet ſpecies tertia per
quā cōſtituta eſt apud carthaginēſes reſpu. Creāt eniz
magiſtratus ad hec duo reſpiciētes: ꝛ pꝛeſertim maxi/
mos:vt imperatoꝛes ꝛ pꝛetoꝛes. Putandū eniz eſt hu/
iuſcemodi exceſſum ab optimatibꝰ eſſe erroꝛē legis cō/
ditoꝛis:quem ab initio pꝛeuidiſſe valde neceſſariū fuit:
vt optimi valerēt quietē agere:nec quicq̄z indecoꝝ face
re:non ſolum in magiſtratu:ſ3 etiā in vita pꝛiuata. Qđ
ſi inſpicere op3 ad opes gratia quietis:pꝛauū eſt maxi/
mos magiſtratus eē venales imperiū ꝛ pꝛeturam. Hec
eniz lex pꝛecioſas magis facit diuitias q̄z virtutes:ac ci
uitatem totā ad ſtudiuz pecuniarū cōuertit. Nam quic/
quid apud ciuitatis pꝛīcipes habet̄ ī pꝛecio: neceſſariū
eſt ꝛ alioꝝ ciuiū opinionē ſubſequi. Ubi aūt non maxīe
honoꝛat̄ virtus:ibi nō eſt poſſe firmū optimoꝝ eē in re/
pu. ſtatuz. Aſſueſcere vero ad lucra rōnabile eſt quādo
ꝑ largitionē adipiſcunt̄ dignitates. Abſurdū eſt enim ſi
paup̄ q̄dez aliq̄s/verū bone mētis lucrari velit:īpꝛobioꝛ
aūt nō velit/cū ſumptꝰ fecerit. Quocirca op3 eos q̄ pñt
optime gerere magr̄atū aſſumere:pꝛbabiliuſq̄z fuit ſi au
ctoꝛ legis opulentiā ꝑſtātū viroꝝ pꝛuidiſſet:ac eoꝝ q̄ in
magiſtratu foꝛēt quieti pꝛſpexiſſet. Pꝛauū etiā videri po
teſt plures magiſtratꝰ ab vno hoīe geri: qđ ī honoꝛe eſt

Ubi nō maxime honoꝛat̄ virtus ibi nō ē poſſe optimoꝝ firmū in repu. eſſe ſtatum.



apud carthaginēſes. Unicū eniz ab vno optime perfici/
tur opus. Hoc etiā vt fieret pꝛuidendū fuit a legūlatoꝛe
neq̄z cogendū eundē tibicinem eſſe atq̄z ſutoꝛē. Quare
vbi nō parua eſt ciuitas: magis ciuile eſt:vt plures par
ticipes magiſtratuū magiſq̄z populare. Cōmunīꝰ enim
vt diximus:ꝛ melius ſingula cōficiuntur atq̄z celerius.
Patet aūt hoc in bellicis rebus ꝛ nauticis. In his eniz
ambobus per oēs(vt ita dixerim)tranſit imperare ꝛ pa/
rere. S3 cum ad paucoꝝ potentiā vergat reſpub. eoꝛu3
optime illud effugiunt:vt ſemꝑ aliqua plebis pars di/
tetur ad oppida mittentes. per hoc illi arbitrant̄ ac cer
te efficiūt ſtatum ciuitatis permanere. S3 hoc eſt foꝛtu
ne opus. Opoꝛtebat vero nō per foꝛtunā:ſed per legiſ
latoꝛē id fieri. nunc aūt ſi diuiſa foꝛtuna incidat ꝛ plebs
a gubernatoꝛibꝰ ſecedat:nullū eſt remediū legis ad ge/
tem adhibitū. ¶ Lacedemonioꝝ igitur ꝛ cretēſiu3 ꝛ car
thaginenſiū reſpub. in hunc modū ſe habēt.

Unicu3 ab vno optime ꝑficit opus.

¶ De republica Solonis ꝛ inſtitutoꝛibus rerumpu/
blicarum. Cap. 10.

EOꝛū aūt qui de repu. aliq̄d tradiderūt: q̄dā
nūq̄z verſati ſunt in gubernatōe ciuitatis: ſ3
in pꝛiuata vita ocioſi vixerūt:de q̄bus ſiquid
dignū relatū fuit: ſupꝛa diximꝰ. Quidā legū
latoꝛes fuere:gubernauerūtq̄z vel in ꝓpꝛijs
ciuitatibꝰ:vel in alienis. Et hoꝛū q̄dā ſolūmō legū au/
ctoꝛes fuere:q̄dā etiā reipu. ꝯſtituēde veluti Lycurgus
ꝛ Solon. Hi eniz leges ꝛ reſpub. cōdidere. Lycurgus
quidē lacedemonijs:vt dictū eſt. Solon autē athenien/
ſibus. ¶ Exiſtimāt q̄dā Solonē legūlatoꝛē fuiſſe ꝑclaꝝ.
Nam ꝛ paucoꝝ potentiā ſuſtuliſſe/q̄ nimis intēperans
erat:ꝛ plebē a ſeruitute liberā/ ac ſtatū popularē in pꝛiſ
cōſtituiſſe:optimeq̄z rempub. tēperaſſe. Na3 eſſe ꝯſiliū
Ariopagi:paucoꝝ gubernatōis. delectꝰ vero magiſtra/
tuū:optimatiū. iudiciu3 vero:populare. Sed vt Solon
illa duo cū eēnt pꝛiꝰ/nō ſuſtuliſſe conſilium Ariopagi:

⁊ magiſtratuuꝫ delectus. at ppl'm aſſeruiſſe iudicijs ex oĩbus cõſtitutis. Quapp quidã illi ſuccẽſent ꝙ alteruꝫ diſſoluerit: cũ auctoꝛitatẽ oẽm ad iudiciũ traduxerit/ qð ꝑ ſoꝛtitionẽ eſt. Nam cũ hic inualuit tanq̃ꝫ tyranno grati ficãtes pplo in eũ qui nũc eſt popularẽ ſtatũ rẽpub. re/ degerũt. Et cõſiliũ Ariopagi Ephialtes ĩhibuit ⁊ Pe/ ricles. Iudicibꝰ vero ſalaria Pericles induxit: ac ꝑ hũc modũ vnuſq̃ſq; eoꝝ qui apud plebẽ poſſe voluerũt po puli vim augere ꝑſeuerauerũt: donec in iſtã q̃ nũc eſt li/ centiã ꝑuenit. Appet aũt hoc nõ tã Solonis volũtate q̃ꝫ caſu eueniſſe. Nauali. n. potẽtia aduerſus medos victoꝛ populus maioꝛa de ſeſe ſapere cepit: ⁊ acceſſerũt p̃oni ſeditioſi cõtra bonos ⁊ modeſtos ciues qui rẽpu. guber nabãt. Cũ videat̃ q̃dẽ Solon eã que iuxta neceſſaria fuit ptãtẽ populo tradidiſſe: vt magiſtratꝰ crearet: ⁊ ma/ lefacta coꝛrigeret. Niſi. n. ppl's hãc habeat ptãtẽ ſeruus erit ⁊ inimicus: vt magiſtratꝰ omnes cõſtituit ex nobili/ bus ac locupletibꝰ ex cenſu quingẽtoꝝ modioꝛuꝫ ⁊ in/ garijs. Tertiũ ex equitibꝰ. Quartũ ex opificibꝰ ſoꝛdidis quibꝰ nullũ magiſtratꝰ aſſequẽdi ius erat. Fuerũt etiam leguꝫ poſitoꝛes Zaleucus apud Locros occidẽtales: ⁊ Charõdas catinẽſis ciuibꝰ ſuis ceteriſq; ciuitatibꝰ chal/ cidicis que ſunt circa Italiã ⁊ Siciliã. Tentãt vero q̃dã ĩducere quaſi Onomacritꝰ fuerit pꝛimus legũ ferẽdarũ peritus. Hunc vero exercitatũ in creta cuꝫ eſſet locrus: ꝑfectum autẽ per artẽ diuinationis eis familiarẽ fuiſſe Thaletẽ. Thaletis ãt auditoꝛes fuiſſe Lycurgũ/ ⁊ Cha/ rõdam. ſed qui iſta dicũt tpa non ſupputãt. Fuit etiam Philolaus coꝛinthiꝰ legũlatoꝛ thebanis. Erat aũt Phi/ lolaus ex familia bachiaduꝫ/ amicus vero Dioclis: qui olympia vicit. Sed vbi ille ciuitateꝫ deſeruit cõmotꝰ ob amoꝛẽ matris alciões thebas migrauit. Atq; ibi ambo defuncti ſunt. Monſtranturq; etiã nunc illoꝛũ ſepulchꝛa ſpectantia quidẽ eſſe. Uerum ita ꝯſtituta: vt ex Dioclis quidẽ ſepulchꝛo nõ ſit pꝛoſpectus in coꝛinthiũ agrũ ob

animi



animi infectõeꝫ. Ex Philolai aũt ſit ꝑſpectus. Habita/ runt igit̃ ob hmõi cãm apud Thebanos: legeſq; illis Philolaus deſcripſit. Et de alijs quibuſdã ⁊ de ſobole ꝓcreãda: quas illi leges ꝓletarias appellant: ⁊ hoc eſt p̃cipue ab illo ꝓuiſuꝫ vt numerus hereditatũ cõſeruet̃. Charonde aũt nihil eſt ꝓpꝛiũ niſi iudicia falſoꝝ teſtiũ. Pꝛimus enĩꝫ de his legeꝫ poſuit diligentia ⁊ claritate ẽt elegantioꝛ q̃ꝫ hi qui nunc ſunt leguꝫ cõditoꝛes. Philo/ lai ꝓpꝛium eſt patrimonioꝛuꝫ diſparitas. Platonis aũt mulierum ⁊ natoꝛum ⁊ patrimonioꝛuꝫ cõitas: ⁊ comeſ ſationes feminarũ: ⁊ preterea lex circa ebꝛietateꝫ: vt re ges cõuiuioꝛum ſobꝛij ſint: ⁊ in rebus bellicis exercita/ tatio per quam ambidextri fiant: cum opoꝛteat non al/ teram manuꝫ vtilem: alteraꝫ inutilem habere. Draco/ nis quoq; leges ſunt: ſed iam conſtituta repu. leges tu lit. Pꝛopꝛium auteꝫ Draconis eſt nihil qð ſit memoꝛia dignuꝫ niſi rigiditas ob magnitudinem penaruꝫ. Fuit quoq; Pittacus leguꝫ cõditoꝛ: ſed non in repu. verſa/ tus. Lex eſt pꝛopꝛia illius ebꝛios (ſi quem pulſauerint) maioꝛi pena dãnari q̃ꝫ ſi ſobꝛij feciſſent: q2 eniꝫ plu/ res delinquunt ebꝛij q̃ꝫ ſobꝛij non ad id reſpexit: qð magis eſſe debeat ebꝛijs venia: ſed ad vtili tateꝫ. Fuit etiã Androdamas reginus leguꝫ cõditoꝛ Chalcidẽſibꝰ qui ſunt in Thꝛacia: de homicidio ⁊ de hereditatibus: nihil tamẽ huius ꝓpꝛiũ referre quis põt.

¶ De his ergo rebuſpub. que pꝛincipales ſunt: ⁊ de his que ſunt ab aliquibus ſcripte: in hũc mo/ duꝫ cognouiſſe ſufficiat.

¶ Secũdi Politicoꝛum Ariſto. Finis.

# TERTIVS POLITICO. ARIST.

¶ De ciuitate/ciue/ciuitate donatis/magĩratib⁹/de iu/ſte ꝛ iniuſte ciuibus. Cap. I.

QUi de republica conſiderat q̄ ſit vna/
queqꝫ/ꝛ qualis fere prima illi conſi
deratio occurrit videre quid ſit ciui/
tas. Nam ea nōnunq̄ꝫ in cōtrouerſiā
venit: cū alij dicant a ciuitate factuꝫ:
alij non a ciuitate: ſed a potētib⁹ qui/
buſdaꝫ: vel a tyrāno. Gubernatoris
aūt reipub. ac legū poſitoris totū negociū verſari vide/
mus circa ciuitatē. Eſt aūt reſpub. eorūꝫ qui in ciuitate (Quid ē reſ/publi.)
degunt inſtitutio quedaꝫ. Cuꝫ vero ſit ciuitas cōpoſituꝫ
quiddaꝫ: queādmodum alia tota ex pluribus partibus
cōſiſtentia: manifeſtū eſt primo de ciue eſſe pergrendū.
Nam ciuitas eſt ciuiuꝫ multitudo quedā. Quare ꝛ quē
oporteat ciueꝫ vocari: ꝛ qui ſit ciuis: eſt cōſiderandū. Nā
ꝛ de ciue ſepe cōtenditur: nec eundeꝫ oēs eſſe fatentur
ciueꝫ: ꝛ qui in populi ciuitate ciuis eſt perſepe in pau/
corūꝫ gubernatiōe nō erit ciuis. Eos igit̄ qui alio quo/
dāmō hāc appellationē ſortiunt̄: ceu eos q̄ ciuitate do/
nati ſunt omittam⁹. Nec habitatio ciuē facit. Nā iſto mo
do miniſtri qui circa nos habitant ꝛ ſerui ciues eſſent.
Nec rurſus qui fori ac iudicij ius habent. Nam hoc ex
ſtit etiā illis qui ſimul cōtrahant: cuꝫ per cōtractuꝫ foruꝫ
ſortiant̄: q̄ꝫq̄ꝫ multis in locis pegrini ne id q̄deꝫ pfecte
habeant: ſꝫ neceſſe eſt vt patronū accipiāt: ex quo ſit vt
īperfecte quodāmō ſint fori iudicioꝝ q̄ ꝑticipes. Sed
vt pueri nōduꝫ etate perfecti/ꝛ ſenes ob etatem a mu/
neribus publicis vacātes nō ſimpliciter ciues dicendi
ſunt: ſed quodāmodo ciues. At nos querimus euꝫ qui
ſimpliciter ciuis dicatur: nec habeat aliquam adiun/
ctionem que reſtringat ꝛ corrigat: cuꝫ ꝛ de infamibus
ꝛ de exulib⁹ eodeꝫ mō (vt ſupra) dubitari ꝛ rñderi pōt.



Ciuis ſimpl'r nulla alia re diffinitur magis q̄ꝫ partici/
patione ptātis publice iudicandi ꝛ decernēdi. Ptātes
aūt alie ſunt determinate ſ̄m tps: ita vt nō liceat inter/
dum: niſi ſemel eandē hr̄e/aut per alia tempoꝝ ſpacia.
Alie ſunt indeterminate ceu illi⁹ qui in cōcione delibe/
rat/ꝛ decernit: q̄ꝫq̄ꝫ fortaſſe diceret aliq̄s tales nō eē in
ptāte cōſtitutos. Atqui ridiculū foret qui de maximis re
bus deliberāt/ꝛ ꝺcernūt: eos ptāteꝫ dicere nō habere.
Sed nihil referat cū de noīe ſit qō: eſt. n. abſqꝫ noīe pu/
blica ptās iudicātis decernētiſqꝫ in cōciōe: ſed ſit diffiō/
nis grā indetermīata ptās. Ponim⁹ aūt eos eē ciues q̄
hui⁹ ptātis vna cū alijs ꝑticipes ſunt. Maxīe igit̄ ꝓprie
ciuis ſup oēs alios q̄ ciues dn̄r fere talis eſt. Nec latere
nos dꝫ ꝙ in reb⁹, quaꝝ ſbta dr̄nt ſpecie: ꝛ aliud eoꝝ eſt
primū: aliud ſcd̄m: aliud ꝯn̄s: aut oīno nihil eſt (qua ta/
lia ſunt) eis cōe aut vix. Reſpub. aūt videm⁹ ſpē differ/
re: ꝛ alias eē poſteriores: alias priores. Que. n. aberra/
uerūt ac ꝓlapſe ſunt neceſſe eſt: vt poſteriores ſint inte/
gris: ꝛ incorruptis. Q̄uo aūt dicam⁹ eas labi poſtea pa/
tebit. Quare eē ciuē quoqꝫ aliū atqꝫ aliū neceſſe eſt ſ̄m
ſpēaꝫ rerūpub. Itaqꝫ ille ꝺ quo diximus⁹ in populari q̄dē
ſtatu maxīe eſt ciuis: in alijs vero ſpēb⁹ eē q̄deꝫ pōt: nō
tn̄ neceſſe eſt. In q̄buſdaꝫ. n. ciuitatib⁹ nec populus eſt
neqꝫ cōciōis vſus: ſꝫ ſenatū hn̄t ꝛ iudicia. Alij alia exer
cent: vt apud Lacedemonios de ꝯctib⁹ cognoſcūt hi q̄
Ephori nūcupant̄. De cede aūt ſenatus: ꝛ forſan alij ꝺ
alijs dn̄t: eodēqꝫ mō apud Carthaginēſes: ꝺ oīb⁹ qui/
dem cauſis magiſtratus quidam cognoſcūt: ſed recipit
correctionē quandaꝫ diffinitio ciuis: ꝙ in alijs rebuſpu/
blicis nō eſt indeterminata illa poteſtas que in cōciōe
decernit ꝛ iudicat: ſed determinata ſ̄m iuriſditionem.
Horum enim aut omnibus: aut quibuſdam cōceſſum
eſt deliberare ac iudicare: vel de omnibus: vel de qui/
buſdam. Quis igitur ſit ciuis ex his patet. Cui enim
habilitas eſt participandi poteſtatis publice delibe/ (Quid ciuis)

ratiue: aut iudiciarie hūc ciuez eē dicimꝰ eius ciuitatis. Ciuitatē vero taliū multitudinē q̄ ipſe p ſe ſufficiens ſit (vt ſimplr̄ dixeriz) ad viuēdū. Cōſueuerūt aūt eū ē͂t dicere ciuē q ex duobꝰ ciuibꝰ ortus ſit: ⁊ nō ex altero ſolū: ceu ex patre ⁊ mr̄e. alij vero magis vltra requirunt ceu auos/ ⁊ pauos/ ⁊ tritauos: vl̄ plr̄es. His itaqꝫ diſſinitis ciuiliter ⁊ ſuccincte dubitāt quidā q̄uo tertiꝰ ille aut q̄rtus erit ciuis. Gorgias qdez leōtinꝰ partiz dubitās fortaſſe/ partiz ludens inquit: quēadmodū mortaria ſunt illa q̄ a factoribꝰ mortarioꝝ fiunt: ſic Lariſſeos eē qui ab artificibꝰ eoꝝ fiunt eē nāqꝫ aliquos lariſſeoꝝ factores. eſt aūt ſimplex. ſi. n. pticiparēt adminiſtratiōi reipublice ſm determinationē iam dictā: eēnt vtiqꝫ ciues. Etenim neqꝫ poſſe eſt cōgruere diffōnez illaz primis cōditoribꝰ aut habitatoribꝰ: vt ex pr̄e matreqꝫ ciuibꝰ ſint exorti: ſed forſan de eo magis dubitari pōt cū facta mutatiōe recipiunt quippiā ad cōmutationē reipub. quēadmodum Athenis fecit Cliſthenes poſt tyrānoꝝ deiectionē. Cōplures eniz in tribꝰ deſcripſit pegrinos: ⁊ ſeruos: ⁊ inquilinos: de qbꝰ dubitari pōt non qs ciuis: ſed an iuſte: vel iniuſte. Atqui ⁊ de eo inſup qs dubitabit an ſi non iuſte ciuis nūquid ciuis nō ſit: quaſi idez valeat iniuſtꝰ ⁊ falſus. Sed cum videamꝰ quoſdā iniuſte ſe in magr̄atibꝰ gerere: quos tn̄ magr̄atus eſſe dicimꝰ: ſed nequaqꝫ iuſte. Ciuis aūt ptāte quadā diffinitꝰ ſit: (Naz q particeps eſt talis ptātis eſt ciuis: vt diximꝰ) Patꝫ q hos quoqꝫ ciues eē dicēduz eſt. Juſte aūt vel iniuſte ptinet ad p̄maz illam qōnez in qua querit̄: nūqd a ciuitate factū ſit/ vel nō a ciuitate? Ceu cū ex paucoꝝ potētia: vel tyrānide ad popularē ſtatū ſit mutatio. Tunc. n. neqꝫ mutuatā pecuniam ſoluere qdā volunt: quaſi nō ciuitas eā ſuſceperit: ſed tyrānus: nec alia hmōi pmulta quaſi reſpublicas vi ac victoria cōſtet/ nō publica vtilitate. Si igit̄ p hūc modum q̄daz in populari ſtatu gerunt̄. ſilr̄ dicēdū eſt huiꝰ ciuitatis acta ⁊ paucoꝝ potētie: ⁊ tyrānidis.

¶ De idētitate magnitudīe/ mutatōe ⁊ pacto. Ca. 2.

VJdetur aūt pprius huiꝰ qōnis locꝰ: q̄uo aliqn̄ dicamꝰ ciuitatē eſſe eandē: ⁊ nō eandez: ſed aliam. Potiſſime igit̄ inueſtigatio dubitationis huius eſt circa locū/ ⁊ hoīes. fieri. n. pōt vt ſeparet̄ locus ⁊ hoīes: ⁊ hos ibi/ ⁊ alios alibi habitare: ſed hec leuis eſt dubitatio. Nam cū multiplr̄ dicat̄ ciuitas pfacilis eſt hmōi qō. ſilr̄ quoqꝫ eoꝝ q eundē inhabitāt locū quo ad dicendū ſit vnā eſſe ciuitatē. Nō. n. menibus hoc diffinit̄. Licet. n. Peloponeſuz totā vnis menibꝰ circūdari: talis fortaſſe eſt Babilon: que capta cum eſſet ab hoſtibus ferunt partē aliquā eius ciuitatis tertia die nōduz aliqd ſenſiſſe. Silr̄ ⁊ quecūqꝫ alia magis hn̄t circūſcriptionē gentis q̄ȝ ciuitatis: ſed huiꝰ qōnis alio loco vtilis erit cōſideratio. Naz de magnitudine ciuitatis: ⁊ quāta eſſe vtile ſit: ⁊ vtrū vnā vl̄ plures. latere nō dz ciuilē. At manētibus eiſdez habitatoribꝰ eodem loco vtrū quoad ſit idē genus habitātiū eandē eē ciuitatē dicendū ſit: quāuis ſemp alij intererāt/ alij oriāntur: vt ⁊ flumina ſolemꝰ eadez dicere: ⁊ fontes eoſdez: q̄uis ſemp vnda noua ſupueniat ac defluat: vel hoīes dicendū eſt eoſdē eſſe pp eandē cām: ſed ciuitatē aliaz. Nam ſi ciuitas eſt ſocietas q̄dā (eſt aūt ſocietas ciuiū) variata reipub. gubernāde forma: ⁊ alia ſpē effecta: neceſſariū vtiqꝫ videret̄ ciuitatē quoqꝫ nō eādē pmanere: vt ⁊ choꝝ aliuz eē dicimꝰ duz tragicꝰ eſt q̄ȝ duz comicꝰ. Et ſi idez ſint hoīes: eodēqꝫ itez mō oēm aliā ſocietatē: ⁊ cōpoſitionē aliā: ſi ſpēs alia fiat: ceu harmoniā earūdez vocū aliaz eſſe dicimꝰ: ⁊ mō doricā: mō phrygiā vocitamus. Jd ſi ita eſt patꝫ q maxie dicēdū eſt eandē ciuitatem ad rēpublicā reſpiciētes. Noīe aūt vocari alio: aut eodem: lꝫ eiſdem habitātibꝰ eandē vel alijs penitꝰ hominibus. Utrum autem iuſtuz ſit reddere pecuniā mutuo ſumptam: mutata reipublı̄. gubernāde ſpē: vel non iuſtum: alia eſt diſputatio.

Societas ciuiū alia efficit variata reip. gubernande forma.

¶De virtute abſolute viri boni ⁊ boni ciuis/ eiꝰ q̄ preeſt ⁊ eius q̄ ſubeſt: ⁊ de opificibus. Cap. 3.

De his vero que nūc dicta ſunt: ↄn̄s ē videre. Utrū eadē ſit virtus boni viri: ⁊ boni ciuis: vel nō eadē. Atq̄ ſi hoc eſt perquirēdū prius de virtute ciuis ſub cōpendio videre opꝫ. Ut igiť nauta vnꝰ aliq̄s eſt eoꝝ q̄ ſunt i cōi ſocietate/ ita ⁊ ciuē dicimꝰ. Nautaꝝ vͦo q̄ꝫq̄ꝫ diſſil'es ſint ſꝫm potētiā (nā alter eſt remex: alter gubernatoꝛ: alter proꝛā dirigēs: alter alterā hꝰ appellatōeꝫ h̄ns): pꝫ q̄ꝺ expſſimꝰ vniuſcuiuſq̄ꝫ ſermo ppꝛiꝰ erit illiꝰ v̓tutis. Siſr aūt: ⁊ cōe q̄ddā ↄuenit oībꝰ. Salus. n. ⁊ ↄſeruatio nauigātiū cōe eſt oiuꝫ opꝰ. Ad h̄. n. vnuſq̄ſq̄ꝫ eoꝝ intēdit: ſic igitur ⁊ ciuitatibꝰ: licꝫ diſſimiles ſint opus eſt conſeruatio cōmunis ſocietatis: ſocietas vero eſt reſpub. quapp̄ neceſſe eſt virtutē eē ciuis ad rēpub. ¶ Siq̄dē igiť plʼes ſunt rerūpub. ſpēs: pꝫ nō eē recipiēdū: vt ſtudioſi ciuis vna ſit virtꝰ eaq̄ꝫ pfecta: at viri boni pfecta eſt virtꝰ. Q̄ꝫ igitur fieri poſſit vt ciuis ſtudioſus nō poſſideat virtutē illā: p quā dr̄ vir bonꝰ: manifeſtū eſt. Quinēt ⁊ alio mō ingrētibꝰ ↄuenire/ lꝫ ad eādē rōnē circa optimā rēpub. Naꝫ ſi impoſſi'e eſt ex oībꝰ ſtudioſis eē ciuitatē: ⁊ opꝫ ſingulos opꝰ ſuū bn̄ facere. Hoc aūt a virtute. Cū vero ſit impoſſi'e ſil'es eē ciues oēs nequaq̄ꝫ vna eēt virtꝰ ciuis ⁊ viri boni. Nam virtutē ſtudioſi ciuis oībꝰ eē opꝫ: ſic. n. optīa foret ciuitas vtiq̄ꝫ. At viri boni virtutē impoſſi'e eſt omnibꝰ eſſe: niſi neceſſariū ſit in ſtudioſa ciuitate ciues oēs eē viros bonos. Preterea cū ex diſſimilibꝰ conſtet ciuitas vt aīal ex aīa: ⁊ coꝛpoꝛe. Aīa vero ipſa ex rōne ⁊ appetitu: ⁊ domus ex viro ⁊ vxoꝛe: ⁊ acquiſitio ex dn̄o ⁊ ſeruo: eodeꝫ mō ciuitas ex his oībus/ ac p̄terea ex alijs diſſil'ibꝰ cōſtet ſpēbꝰ: neceſſe eſt nō vnā eſſe ciuiū oium v̓tutē quēadmodū nec choꝝ agētiū ſupꝛemi ⁊ aſſiſtētis: Q̄ꝺ igiť nō eadē ſimpl'r ex his pꝫ. Sꝫ an erit alicuiꝰ eadē virtꝰ ciuis ſtudioſi: ⁊ viri bōi? Dicimꝰ vtiq̄ꝫ ſtudioſum



in magiſtratū bonū eſſe atq̄ꝫ pꝛudentē. Ciuileꝫ aūt hominē neciuꝫ eſt eſſe pꝛudentē: ⁊ ſtatiꝫ aliā eſſe diſciplinam preſidētis: aiunt quidā: vt pꝫ in regū filijs qui ad equeſtrē/ bellicāq̄ꝫ diſciplinā in adoleſcētia erudiunť: ⁊ Euripides inq̄t: nō mihi ſpecioſa: ſed ea quoꝝ ciuitas indiget tanq̄ꝫ ſit preſidētis diſciplina quedā. Si aūt eſt eadē v̓tus regentis boni: ac viri boni. Ciuis aūt eſt ⁊ q̄ regiť: non eadē virtus ſimpl'r eſſet ciuis ⁊ viri boni: ſꝫ tn̄ cuiuſdā ciuis. Non eniꝫ eadē virtus eſt regētis/ ⁊ ciuis. Et ob hoc Jaſon inquit grauiter ferre ſi nō regnaret quaſi neſciret pꝛiuatus eſſe. Sed nihilominus laudandum eſt poſſe imperare ⁊ parere: ac pꝛeclari ciuis v̓tus eſt poſſe pꝛeeſſe ⁊ ſubeſſe laudabiliter. Si ḡ virtutem boni viri poſuimus preſidentē. Ciuis autē vtrāq̄ꝫ: non vtiq̄ꝫ forēt ambe ſil'r laude digne. Cum ergo aliq̄n̄ videať vtraq̄ꝫ: ſed non eadē: euꝫ qui imperat ⁊ euꝫ qui paret addiſcere debere: Ciueꝫ aūt vtraq̄ꝫ ſcire: ⁊ participare ambarū quid ſequať depꝛehēdere quis pōt. Eſt eniꝫ pꝛeſidētia dn̄atiua: hac vero in his que neceſſaria vocanť ſcire facere nequaq̄ꝫ neceſſariū eſt ei q̄ p̄ſidet: ſꝫ vti magis. alterū vero ſeruile eſt. Dico aūt alterū poſſe exhibere eadē miniſteria. Seruoꝝ aūt ſpēs plures eſſe dicimus: cū ſint miniſteria plura: quoꝝ partē vnaꝫ obtinere manuales. hi ſunt (vt nomen ſign̄at) q̄ ex manibꝰ viuūt: in q̄bꝰ ſunt mechanici opifices. Quapp̄ apud q̄ſdā antiq̄tus hmōi hoies excludebanť a reip. honoꝛibꝰ: anteq̄ꝫ populus extremus fieret. Hec igiť opificia eoꝝ q̄ ita ſubſunt: neq̄ꝫ rectoꝛē diſcere opꝫ: neq̄ꝫ eū q̄ in rep. verſať: neq̄ꝫ bonū ciuē: niſi foꝛtaſſe q̄n̄q̄ꝫ ſuiipſius pꝛiuatiꝫ grā. Nō eniꝫ amplīꝰ cōtingeret eē alterū dn̄m: alterū ſeruū: ſꝫ eſt p̄ſidētia q̄dā per quā pꝛeeſt ſil'ibꝰ gn̄e: ⁊ liberis hoībꝰ: ⁊ hāc dicimus eē ciuilē p̄ſidētiā: quā euꝫ q̄ pꝛeeſt didiciſſe parēdo opꝫ: ceu p̄fectū equitū eē. cuꝫ ipſe pꝛius ſub alio eſſet ⁊ exercitum ducere: cum ipſe pꝛius in exercitu p̄ inferioꝛes militie gradus ductus ſit.

**Recte dr nemine bene iperare poſſe q nō prius ſub imperio fuerit.**

Quāobrē rectū dr: neminē bene iperare poſſe qui non
prius ſub imperio fuerit. Sed hoꝝ diuerſa eſt ṽtus: ⁊
opz bonū ciuē ſcire ac poſſe preeſſe ⁊ ſubeſſe. Et h̄ vir/
tus ciuis ſcire recte ſe hr̄e in vtraqz parte. Et boni viri
vtraqz: q̄z alia eſt ſpēs eiᵒ prudētie: ⁊ iuſtitie q̄ preeſt.
nā eius qui ſubeſt ac liber ſit nō vna profecto ṽtus eēt:
vtputa iuſtitia: alias ſpēs hr̄et cū preeſt: alias cū ſubeſt.
Queādmodū viri ⁊ mulieris alia temperātia: ⁊ fortitu
do. Naz videreť vtiqz timidus eſſe vir: ſi ita fortis eſſet
vt femina fortis: ⁊ mulier inhoneſta videreť ſi ſic hone
ſta foret vt vir honeſtus. Adminiſtratio quoqz domus

**Viri eſt acqrere. mulieris ſeruare.**

alia mulieris alia viri. Nam viri eſt acquirere. mulieris
ſeruare. Prudētia vero ꝓpria virtus eſt preſidētis. Naz
cetere quidē virtutes videnť cōes taz eoꝝ qui preſunt:
q̄z eoꝝ qui ſubſunt. At prudētia non eſt virtus eius qui
ſubſit: ſz opinio vera. Qui eniz ſubeſt vt is qui fiſtulā fa
cit. Qui vero preeſt: vt is qui vtiť fiſtula. Utrū igiť eadē
ſit virtus viri boni ⁊ ciuis ſtudioſi: vel alia: ⁊ q̄uo eadē
⁊ q̄uo alia: ex his patet. ¶ Reſtat adhuc vna dubitatio
circa ciuem. Utrum reuera ciuis ſit is ſolum cui partici
patio eſt publice poteſtatis: vel opifices etiā ac merce/
narij ſint ciues nuncupādi. Naz ſi ponamus hos quoqz
eſſe ciues qui magiſtratuū ſint expertes: nequaq̄z poſſi
bile eſt vniuſcuiuſqz ciuis talē eſſe virtutē. Si vero nul
lus hoꝝ eſt ciuis in qua parte ſunt hmōi hoīes reponē
di. Neqz enim in eoꝝ miniſtroꝝ loco qui nobiſcū habi
tānt: neqz rurſus vt peregrini: vel ſm hanc rōnem nihil
dicemus euenire abſurdū: neqz eniz ſerui ſupradictoꝝ
quicq̄z neqz liberti. Illud aūt verū: q̄ nō oēs illi dicēdi
ſunt ciues ſine quibᵒ ciuitas eſſe non pōt: cū neqz pueri
ita ciues ſint vt viri: ſed hi quidē ſimplr: hi vero ex ſup/
poſitione: ciues eniz ſunt: ſed iperfecti. Vetuſtis quidē
tpibus apud quoſdā opifices erāt ſerui aut peregrini.
Quapropter etiā nūc pleriqz tales ſunt. Optima qui/
dem ciuitas nunq̄z opificē faciet ciuem. Qz ſi hi ciues
ciuis aūt ṽtus eſt q̄ diximus: dicenduz eſt nō cuiuſqz ci/
uis: neqz liberi mō: ſed eoꝝ q a miniſterijs necēijs ſunt
alieni. Necēia ṽo q vni miniſtrat ſeruus eſt: q aūt publi/
ce viles ⁊ ſordidi. Patebit aūt hoc paulo adhuc cōſide/
rantibᵒ: queādmodū in his res ſe habeat: hoc eni qđ di
ximus id oñdit. Cū eni plures ſint rerūpublicaꝝ ſpēs:
plures quoqz ſpēs ciuiū neče ē ſint: ac maxie eoꝝ ciuiū
q ſubiūt. Itaqz i q̄dā rep. opifices ⁊ ſordidi ciues erūt.
In quibuſdā ṽo ipoſe eſt vt ciues ſint: puta in optima/
tuz gubernatiōe ſi q̄ illa eſt: in q̄ ſm virtutē danť hono/
res: ⁊ ſm dignitatē. Neqz eniz ṽtutē exercere pōt q vili/
bus opificibus occupatus eſt. In paucoꝝ quoqz guber
natione tenues hoīes ad rēpubli. nō recipiunť. Ex ma
gno eni cenſu ad honores reipu. perueniť. Artifices tn̄
ad hāc ſpēm reip. ꝑuenire pn̄t: ⁊ ſi ſordidi ſunt: qꝛ̄ ple
rūqz diuitijs abūdāt. ¶ Apud Thebanos lex fuit: vt ne
mo habilis eēt ad honores reipu. ſuſcipiēdos: niſi decē
annis a mercatura deſtitiſſet. In multis aūt rebuſpub.
attrahunť ad ciuitatē etiā peregrini. Eſt ēt lex in qbuſ/
daz popularibᵒ ciuitatibᵒ: vt ſatis ſit ex matre ciue eē ge
nitū: ⁊ ſpurios qdā recipiūt. Atq ꝑp defectū legitimoꝝ
ciuiū tales ſiunt. Paucitate eniz hoīuz inducti his vtū/
tur legibus. Qz ſi abundēt multitudine: paulatiz exclu/
dunt. primo libertini generis hoīes: deinde eos qui ex
matre ſolūmodo ciues ſint. Nec niſi ex vtroqz parēte na
tos ciues pro ciuibᵒ habent. Qz igiť plures ſint ſpecies
ciuiū: ex his pz: ⁊ q̄ maxime dr ciuis ille qui habilis ſit
ad honores ſuſcipiēdos: vt Homerus inquit: ſz vbi id
occultū ex deceptiōe habitatoꝝ: tanq̄z inhonoratū quē/
dam reptitium repellūt: vt inquilinus: eſt eniz ⁊ adue/
na qui honores capere nō pōt. Utrū igiť alia an eadez
virtus ſit per quā eſt vir bonus ⁊ ciuis ſtudioſus: pz ex
ſupradictis q̄ cuiuſdā ciuitatis idē: cuiuſdā vero alius:
⁊ ille non oīs: ſed qui preeſt reipu. ⁊ ꝑtātem hz: aut ſo/
lus: aut cū alijs gubernationē exercens.

¶De republica/gubernandi ſpeciebus reifamiliaris: imperijs/republica recta ⁊ lapſa. Cap. 4.

Quid eſt reſpu.

His ita determinatis videndū iaȝ eſt: vtrum vna ſit reſpub. an plures. Et ſi plures que ⁊ quot ⁊ quenaȝ differentie earū ſint. Eſt aūt reſpu. ordinatio ciuitatis ⁊ circa magiſtra/tus alios: ⁊ maxime circa id ꝙ ſummaȝ in ciuitate habeat auctoritatē: ⁊ ſi ſit ꝑncipaliſſimū. Prin/cipaliſſimum aūt eſt id ꝙ vbiqȝ gubernat ⁊ regit ciui/tatem: ceu in populari quidem populus. In paucoruȝ vero potentia. Diximus aūt ⁊ rempu. aliaȝ eſſe ab iſtis eodēqȝ modo dicemus de alijs. Supponenduȝ eſt pri/mo: cuius gratia ciuitas ſit cōſtituta: ⁊ quot ſint guber/nandi ſpēs circa hoīem: ⁊ circa vite ſocietatem: in ſupe/rioribus libris: vbi de gubernatione rei domeſtice: ac de domino ⁊ ſeruo determinauimus. dictuȝ eſt/ natura eſſe hominem ciuile animal. ex quo ſit vt ſi etiam nihil indigeant mutuo auxilio: nihilominus affectēt vite ſo/cietatem. Quinetiaȝ ⁊ cōis vtilitas cōiungit eos inquā/tum cōfert ſingulis parteȝ bene viuendi. Maxime igit̄ hic eſt finis: ⁊ publice omnibus ⁊ priuatiȝ. Congregan/tur etiam ipſius vite gratia forſan quideȝ ineſt ſibi ali/qua particula honeſti ⁊ cōtinet ciuilē ſocietatem etiaȝ vi/uendi gr̄a ſoluȝ ſi nō moleſtie in vita nimis exuperent. Patet aūt ꝙ tolerāt hoīes multa aſpera ꝑꝑ viuēdi cupi/ditatē: vt exiſtēte in eo quadā nāli dulcedine. Atq ⁊ mo/dos iperij facile eſt diuidere: cū ſepe ſit de his a nobis in externis ſermonibꝰ determinatū. Dn̄atio. n. lȝ reuera vtilis exiſtat nā ſeruo: ⁊ nā domino: nihilominus im/perat ꝓ dn̄i vtilitate: ꝓ vtilitate aūt ſerui contingenter. Neqȝ eniȝ fieri pōt vt ſeruo deficiēte ſeruet̄ dn̄atio. Fi/liorū v̄o imperiū ⁊ vxoris ⁊ domus totius quam voca/mus rei familiaris gubernationē: aut gr̄a eſt eoꝝ q gu/bernant̄: aut gr̄a alicuiꝰ ꝙ ſit vtriſqȝ cōe. Gratia eoruȝ qui gubernant̄ vt videmus ⁊ alias artes ceu medicinā ⁊ gymnaſticā illoꝝ qbꝰ iperat̄ vtilitatē q̄rere. Cōtingē/ter tn̄ ⁊ eoꝝ q ꝑcipiūt eē pōt. Nihil qppe vetat magr̄m ipſuȝ gymnaſij eē vnū eoꝝ q exercent̄: quēadmodū gu/bernator ſemꝑ eſt vnus ex his q ſunt i naui. Magiſter igit̄ gymnaſij ⁊ gubernator ꝯſiderāt ſemꝑ eoꝝ vtilitatē quos gubernāt: ſȝ qn̄ hoꝝ vnus eſt ꝑ accn̄s ipſe quoqȝ ſuſcipit vtilitatē. hic qdē nauta: hic aūt vnus eoꝝ q gym/naſio exercent̄. Quapp ciuilia quoqȝ imperia cum ſint ſm̄ equalitatē ciuiū cōſtituta ⁊ ſm̄ paritatē viciſſim cen/ſent ea eē gerēda: primū qua nā fert cēſentes inuicē mu/nera ſubire: ⁊ ꝯſiderare viciſſim ꝙ daȝ illiꝰ bonū: quēad/modū ille prius ꝯſiderauit vtilitatē ſuā: nūc aūt rōne cō/modoꝝ ex reipu. gubernatiōe ꝓuenientiū volūt ꝯtinuo in ꝑtāte eē: veluti ſi ſemꝑ ꝯtingeret magr̄atū gerētibus ex mala valitudine ſanos fieri: naȝ forſan ita magr̄atus amplecterent̄. Cōſtat igit̄ ꝙ q̄cūqȝ reſpu. ad cōem vtili/tatē intēdūt: he certe ſunt ſm̄ ſimpl'r iuſtū. Quecūqȝ v̄o ad ꝓpriā eoꝝ q p̄ſunt vtilitatē ſolū/aberrāt quidē: ſuntqȝ oēs rectaꝝ rerūp. trāſgreſſiōes ⁊ labes: gubernant̄ eniȝ q̄ſi a dn̄is. Ciuitas aūt eſt liberoꝝ ſocietas.

¶De diuiſione ⁊ diffinitionibus rerūpublicaꝝ ⁊ tranſ/greſſionum earum. Cap. 5.

His determinatis cōſequēs eſt reſpu. cōſide/rare quot ſunt ⁊ que. Et ꝑmo qdeȝ eas que ſunt recte. naȝ labes earuȝ ex illis pateſcūt. Cū vero gubernatio ciuitatis ⁊ regimē idē ſignificēt. Regimē aūt eſt poteſtas ciuitatis ⁊ arbitriū hmōi aut penes vnū eſſe: aut penes paucos: aut penes multos. Qn̄ igitur vnus vel pauci vel multi cōem vtilitatē in gubernatione ſequunt̄ has eſſe rectas rerūpu. ſpēs neceſſe eſt. Qn̄ aūt ad ꝓpriaȝ vtilitatē vel vnius vel paucoꝝ: vel multitudinis gubernat̄ trāſgreſ/ſiones ſunt ⁊ labes. Aut enim dicendū eſt nō eſſe ciues aut ad ꝑticipationē vtilitatis ſunt recipiēdi. Uocare aūt cōſueuimus cuȝ vnus ad vtilitatē cōmunem reſpiciens

gubernat regiā ptātē. Cuȝ vero pauci gubernāt plures
tñ vno: optimatiuȝ gubernationeȝ/ vel ex eo/ qꝛ optimi
pꝛeſunt/ vel ex eo/ qꝛ ad optimuȝ publicū adminiſtrāt.
Cum aūt multitudo gubernat ad cōem vtilitatē: vocat
cōi nomine oīum reſpu. Contingit eniȝ rōnabilr: vnū
eniȝ excellere ſm virtutē aut paucos datur: vt vero mul
titudo excellat ad oēm virtutem difficile eſt: ſȝ maxime
ad bellicā. hoc eniȝ in multitudine fit. Quare in hac rei
pub. ſpecie pꝛincipaliſſimū ac potētiſſimū eſt id in quo
robur belli cōſiſtet: ⁊ in his ipſi illi qui ſunt poſſeſſiōe ar
moꝝ. Pꝛolabunt vero ac trāſgrediunt hm̄oi ſpecies
ex regia quidē gubernatōe in tyrānidē: ex optimatibus
vero in paucoꝝ potentiā: ex repu. aūt in popularē ſtatū.
Tyrānidē eniȝ eſſe dicim⁹ dominatū vni⁹ ad ꝓpꝛiū cō/
modū intēdentis. Paucoꝝ aūt potentiā cū ad opulen/
toꝝ cōmodū gubernat. Popularē aūt ſtatū cū ad cōmo
dum egenoꝝ. Harū. n. nulla ad cōem vtilitatē reſpicit.
¶ Opȝ aūt paulo vberi⁹ explicare q̄ ſit vnaqueq; iſtarū.
hñt. n. dubietates quaſdā. Phantis vero circa ſinguloꝝ
diſciplinā: ⁊ nō ſolū ad agēdū reſpiciētis ꝓpꝛiū ē nihil
negligere: neq; p̄termittere: ſȝ demr̄are in ſingulis veri/
tatē. Tyrānidē eē dicim⁹ vni⁹ dn̄ationē ciuili ſocietati p̄
ſidētis. Paucoꝝ aūt potētiā qñ rēpu. tenēt opulēti ⁊ di/
uites. Popularē v̄o gubernatōeȝ cū tenues hoīes ⁊ nō
poſſidētes diuitias gubernāt. Pꝛīa igit dubitatio ē cir/
ca diſſōnē. Nā ſi plures ſunt opulēti ⁊ diuites: ac rēpu.
teneāt: ⁊ popularis gubernatio ſit cuȝ multitudo regit.
Eodēq; mō ſicubi ꝯtigat iopes eē pauciores q̄ȝ opulēti
ſȝ potētiores ac rēpu. teneāt: ⁊ vbi pauci rēpu. obtinēt
paucoꝝ potētiā nūcupam⁹ nō recte viderēt iſte diſſōes
gubernationū eē poſite. Eniuero ſiqs adiūgēs opulētie
qdē paucitatē: Inopie vero multitudinem ſic appellet
rerūpublicaꝝ ſpēs: vt dicat paucoꝝ potētiā eē ī qua gu
bernationē reipu. habēt opulenti numero pauci. Popu
larē vero in qua inopes rempu. tenent multi exiſtentes



aliā habēt dubitationē. Quas. n. dicemus eas reſpu. in
quib⁹ plures opulenti: ⁊ in quib⁹ pauciores inopes gu/
bernāt. Siquidē nulle ſunt alie reſpu. p̄ter ſupꝛa dictas.
Videt igit rō iſta oñdere q̄ paucos eſſe vel multos q
gubernāt cōtingēs eſt aliud paucoꝝ potētie: alterū po/
pulari: ꝓpterea qd̄ vbiq; accidit vt pauci ſint opulentis:
multi vero inopes. Ex quo fit vt hm̄oi cāe nō faciāt dif/
ferentiā: ſȝ in eo differat popularis gubernatio a pauco
rum potētia: q̄ alibi opulēti: alibi inopes rēpu. obtinēt:
neceſſariūq; eſt vbicūq; p opes ac diuitias p̄ſunt: vbicūq;
aūt inopes hāc eſſe popularē gubernationē. Sȝ accidit
vt diximus: hos quidē paucos eſſe: illos vero multos:
opib⁹. n. ac diuitijs pauci abūdāt: libertatis tñ oēs par
ticipes ſunt: ꝑ quas cās ꝯtēdūt vtriq; de repu.

¶ De iuſto paucoꝝ ⁊ popularium ciuitatis ſine virtu
te ⁊ vitio. Cap. 6.

Sumendū eſt pꝛius quos terminos eſſe di/
cunt paucoꝝ potētie: ⁊ popularis guberna
tionis: ⁊ qd ſit iuſtū in vtraq;: oēs eniȝ attin
gunt iuſtū qddā: ſȝ vſq; ad aliqd: ⁊ aiūt: non
oē iuſtū ꝓpꝛie: puta videt equalitas iuſtum
qddā eſſe (⁊ eſt) ſȝ nō oībus: at equalib⁹. Et inequalitas
videt iuſtū eſſe (⁊ eſt quidē) ſȝ nō oībus: at iequalibus.
Alij vero hoc auferūt pſonis: ⁊ male iudicāt: cā vero ē:
qꝛ de ſeipſis iudiciū fit. Qui vero de ſeipſis iudicāt: vt/
plurimū nō recti ſunt iudices. Itaq; cū iuſtū aliqbus ⁊
diuiſuȝ ſit eodē mō ī reb⁹ ⁊ pſonis (vt dixim⁹ in ethicis)
equalitateȝ rei cōſitent: ſȝ de pſonis cōtendūt: maxie ꝑ
id qd̄ dictū eſt mō: qꝛ de ſeipſis nō recte iudicāt. Deniq;
qꝛ vſq; ad aliqd vtriq; eoꝝ iuſtū qddā dicētes putant ſe
dicere ſimplr iuſtū. hi eniȝ ſi in aliquo ſunt ſup̄iores: ceu
opib⁹ ⁊ diuitijs: alios oīno putāt impares eē. Hi vero
ſi in aliquo ſint pares puta libertate: oīno putāt eſſe pa/
res. Ceterū qd̄ eſt p̄ncipaliſſimū nō dicūt. Si eniȝ poſ/
ſeſſionū grā ſocietatē iniſſent: tm̄ caperēt ciuitatis q̄ȝtū

poſſeſſionis. Itaq; ratio illa valeret que eſt paucoꝝ po
tentiũ: qui aiunt nõ eſſe iuſtũ: vt qui vnũ cõtulit tm̃ par
ticipet de centũ minis: q̃tum is qui cõtulit omne reli/
quum: neq; eoꝛũ que ab initio: neq; eoꝛũ que poſtea ſu/
perueniãt. Q. ſi nõ viuendi ſolũ gratia: ſ; magis bene
viuẽdi: nam ſic ſeruoꝝ ⁊ alioꝛũ aĩaliũ ciuitas eſſe poſſ;:
nunc aũt nõ eſt ex eo q: felicitatis non ſunt capacia: nec
viuẽdi ſm̃ electionẽ. Neq; ſocietatis gratia bellice: ne a
quoq; iniuria afficiant: neq; ꝓpter cõmercia ac mutuã
vtilitatẽ: nã ſic Hetruſci ⁊ Carthaginẽſes: ⁊ oẽs hi qui/
bus eſt cõmerciũ inuicẽ tanq̃ ciues eſſent vnius ciuita
tis: ſunt nẽpe illis federa circa res impoꝛtãdas: ⁊ pacta
ne iniuria afficiant: ⁊ ſcripture circa mutuã bellãdi ſocie
tatẽ: ſed neq; magiſtratus cõiter his deputati ſunt: veꝝ
alij apud alios: nec quales eſſe op; alteri de alteris co/
gitant: neq; vt nemo eoꝛũ iniuſtꝰ ſit qui ſub federe com/
ꝓhẽdant: neq; vt prauitatẽ nullã habeãt: ſ; ſolum vt nõ
inuicẽ ſe iniuria afficiãt. ¶ At.n. de virtute ac vitio pu/
blice cogitãt quicunq; curã habẽt bene inſtituẽdi ciuita
tem. Ex quo manifeſtũ eſt de virtute curã eſſe habẽdã
ei que reuera ciuitas ſit noiãnda: nõ oꝛatiõis grã: nam
ſit cõicatio ſocietas alioꝝ ad bellũ loco ſolũ differẽs ab
alijs ſocijs lõge exñtibꝰ: ⁊ lex pactio (vt ait Licophron
ſophiſta) fideiuſſoꝛ inuicẽ iuſtoꝝ: ſ; nõ talis: vt bonos ⁊
iuſtos ciues efficiat. Et q̃ ita ſe habeat p;. nam ſi qs cõ/
iungat loca in vnum: vt megarenſiũ coꝛinthioꝛũq; ciui/
tates ſeſe inuicẽ cõtingant menibus: nihilominꝰ vna nõ
erit ciuitas. Nec ſi ſimul cõiugia ineant: q̃q̃ hoc vnum
ſit de his cõionibus que ꝓpꝛie ſunt ciuitatum. Eodẽq;
modo ſi qui habitent ſeparati quidẽ: nõ tamen ita lon/
ge vt nequeãt ſimul cõicare: legeſq; habeãt iniuriã ſibi/
inuicẽ in cõmercijs ꝓhibẽtes: ceu ſi vnꝰ faber: alter agri
cola: alter ſutoꝛ: alter aliqs hm̃oi foꝛet: eẽntq; hi decem
milia numero. Nec alie eis foꝛẽt cõiones: niſi taliũ rerũ
puta ꝯtuũ: ⁊ ad bella cõfederatiõis: nec ſic quidem ci/
uitas adhuc foꝛet: pp quã vtiq; cãm: nõ enĩ q: nõ ꝓpin
qua ſit cõicatio. nã ſi i vnũ ꝯuenirẽt ita cõicãtes vnuſqſq;
tñ vtat̃ ꝓpꝛia domo vt ciuitate: ac ſibiipſis vt ꝯfederati
auxiliũ ferant ꝯ iniuriãtes ſolũ: ne ſic quidẽ ciuitas eẽ vi
deret̃ recte cõſiderãtibꝰ. Si qdẽ eodẽ mõ cõuerſarent̃
ſimul ꝯiũctiꝫ ⁊ ſepatiꝫ: ex quo p; q̃ ciuitas nõ eſt cõica/
tio loci: ⁊ nõ iniuriãdi ſibiipſis: ⁊ cõmercij grã. S; iſta
qdẽ vt aſſint: neceſſariũ eſt ſiqdẽ futura ſit ciuitas: nec
tñ ſi iſta aſſint oĩa: ciuitas adhuc erit. At bñ viuẽdi ſo/
cietas ⁊ domibꝰ ⁊ gñibꝰ vite pfecte grã ⁊ p ſe ſufficiẽtis
hoc tñ nõ erit: niſi vno eodẽq; loco habitãtibꝰ ⁊ ꝯiugia
ſimul ineũtibꝰ: pp qd̃ ꝓpinqtates in ciuitatibꝰ extiterũt:
⁊ ſodalicia: ⁊ ſacra: ⁊ ꝯuerſatiões familiaꝝ. Id q; ẽ ami
citie opus: nã ſimul viuẽdi electio amicitia eſt. Finis ẽ
igit̃ ciuitatis bñ viuere. Illa vero grã finis. Ciuitas aũt
eſt generũ pagoꝛũq; ſocietas vite pfecte ac p ſe ſufficiẽ/
tis: hoc ẽ vt diximꝰ bñ ac beate viuere. Bñ igit̃ agendi
grã ponẽdũ eſt eſſe ciuilẽ ſocietatẽ. nõ aũt grã ſimul vi/
uẽdi. Quapp qcũq; plus ꝯferũt ad hm̃oi ſocietatẽ his
plus iuris cõpetit i ciuitate q̃ his q libertate ac gñe pa
res ſunt vl' maioꝛes: ſ; ciuili v̾tute ſũt ĩpares: ⁊ q̃ his q
diuitijs ſupant: ſ; v̾tute ſupant̃. Qd̃ igit̃ oẽs d̾ repu. ꝯtẽ
dũt ptẽ aliquã iuſti dicũt: manifeſtũ eſt ex ſupꝛadictis.

¶ De dñio ciuitatis, ⁊ repetũdis rõnibꝰ. Cap. 7.

Eſt aũt dubitatio quid op; dñans eẽ in ciui
tate: nunqd ppl'ꝫ: an eos q diuitias hñt: an
bonos ⁊ equos: vel vnũ qui ſit optimꝰ oĩuꝫ:
vel tyrãnũ? Verũ hec oĩa vident̃ habere dif
ficultatẽ. qd̃.n. ſi inopes q: plures ſint par/
tient̃ ea que ſunt opulentoꝝ hoc nõ iniuſtũ eſt. decreue
runt enĩ qui ptãtẽ hñt. Iniuria igit̃ ſumma que tãdem
dicenda eſt. Rurſuſq; omnibus acceptis: ſi plures ea
ſibi tribuant que ſunt paucoꝛum: conſtat q̃ ciuitatẽ coꝛ/
rumpunt. Atqui virtus nunq̃ coꝛrumpit id quod eam
habet: neq; iuſtũ ciuitatis coꝛruptiuũ eſt. Ex quo patet

legem iſtaȝ nõ poſſe iuſtã eſſe. Preterea illa quoqȝ que
facta fuerũt a tyrãno neceſſariũ foret iuſta eẽ oĩa. Ui. n.
aufert pp potentiã: queadmodũ multitudo diuitib⁹. Sȝ
an paucos ⁊ opulẽtos iuſtũ ẽ dñari: an ergo ſi ⁊ illi hoc
agant: ⁊ rapinas exerceãt auferũtqȝ multitudinis bona:
⁊ hoc ne erit iuſtũ ⁊c. ergo. Hec igit̃ oĩa conſtat eẽ pra
ua ⁊ nõ iuſta. Uerũ bonos ⁊ equos domĩari opȝ: aucto
ritatẽqȝ habere oĩum. Ergo alij oẽs cũ magiſtrat⁹ non
capiãt inhonorati manebũt: nã honores qdẽ magiſtra
tus poteſtateſqȝ appellam⁹: quos ſi boni ſemp habeant
neceſſariũ eſt alios excludi ab honorib⁹ reipu. Sȝ nũqd
vnus qui ſit optim⁹ dñari dȝ. At enĩȝ hoc ẽt grauius eſt:
qm̃ plures erũt ab honorib⁹ excluſi: ſȝ forſan dicet aliqs
legẽ dominari debere: nõ aũt hoĩem in quẽ cadunt ani
mi ꝑturbationes. Si igit̃ ſit lex quidẽ: ſȝ vel ad paucoꝝ
potentiã: vel ad multitudinis fauorẽ declinãs: qd tãdẽ
refert in eis de quib⁹ dubitatũ eſt: euenient enĩȝ ſil'r pa
cto eadẽ que ſupradicta ſunt. De his igit̃ ſit alius qdeȝ
ſmo. Qd aũt magis penes multos debeat eſſe dñandi
ptãs qȝ penes paucos ſȝ optimos vr̃ ſolui poſſe: ⁊ quã
dam hr̃e dubietatẽ: imo forte ⁊ veritatẽ: nam ſi plures
ſint quoꝝ vnuſquiſqȝ non ſit ſtudioſus: tñ fieri põt vt in
vnũ cõuenĩẽtes oẽs meliores ſint qȝ illi: nõ vt ſinguli: ſȝ
vt oẽs. Queadmodũ cena in qua plures ↄferũt qȝ ea q
ex vni⁹ erogatõe ſit: nã cũ plures ſint vnuſqſqȝ ꝑteȝ habȝ
virtutis ac prudẽtie ac ſiunt in vnũ collati quaſi hõ vn⁹
qui multos pedes habeat: multaſqȝ man⁹ multoſqȝ ſen
ſus: ⁊ eodẽ modo circa mores ⁊ ĩtelligẽtiã. Quapp me
lius iudicãt multi ⁊ ĩ muſica ⁊ in poetaꝝ opib⁹. Alij. n.
aliud: ⁊ cũcti cũcta diſcernũt. Sȝ in hoc differũt ſtudioſi
viri ab vnoquoqȝ alioꝝ ex multitudine: queadmodum
decoros a non decoris aiunt: ⁊ picta artificioſe a veris:
eoqȝ ſurſum diſtincta in vnum colligunt. Cum ſi ſepara
tio fiat pulchrius ſe habebit: huius quidã picti oculus
alterius vero cuiuſdã alia particula. Si igitur de omni
populo



populo omniqȝ multitudine recipit̃ hãc eſſe differẽtiaȝ
multitudinis ad paucos ſtudioſos incertuȝ eſt: imo for
ſan certuȝ: qd de quibuſdaȝ eſt impoſſ'e. Naȝ eadẽ rõ de
beſtijs eſſet. Quãqȝ quid differunt qdaȝ vt dixerim a be
ſtijs: ſed de aliqua multitudine nihil vetat qd dictũ eſt
eſſe veruȝ. Quapp dubitationeȝ illaȝ primaȝ per iſta ſol
uere qs põt: ac ſil'r aliã ſubſequẽteȝ. Quorũ oȝ dominã
di ptãteȝ hr̃e liberos hoĩes ac multitudinẽ ciuiuȝ: qua
les ſunt quicũqȝ: neqȝ opes hñt: neqȝ virtutis exiſtimã
tionẽ vllam. Etenĩȝ ꝑmittere iſtis magiſtratus nequaqȝ
eſt tutuȝ: pp iniuſtitiaȝ ⁊ ignorãtiaȝ per quas qbuſdaȝ
iniuriarent̃: in quibuſdaȝ errarent. Rurſus vero exclu
dere illos penitus ab honoribus ꝑiculoſuȝ eſſet. Cum
enĩȝ multitudo inopuȝ eſt in ciuitate eadẽqȝ ab honori
bus excluſa: neceſſe eſt eaȝ ciuitateȝ plenaȝ eſſe hoſtiuȝ
reipu. Reſtat igit̃ vt ad cõſultãdũ ⁊ dcernẽduȝ iſti reci
piant. Quapp ⁊ Solon ⁊ alij quidã eoꝝ qui leges cõ
didere: huiuſcemodi hoĩes ad repetẽdas geſtoruȝ rõ
nes: ⁊ ad ſuffragia electõeſqȝ magiſtratuũ admittũt. ſo
lis aũt vt magiſtrat⁹ cõmittant nequaqȝ ꝑmittunt. Duȝ
eĩȝ cũ alijs vna decernũt atqȝ cõſultãt capiunt oĩs ſimul
ſufficienteȝ ſenſuȝ: ⁊ ꝑmixti melioribus proſunt reipu.
Queadmodũ nõ purũ alimẽtũ: vna cuȝ puro totũ facit
vtili⁹ qȝ paucũ: ſepatiȝ vo vtriqȝ ipſecti ſũt ad iudicãdũ.
Sȝ hȝ dubitationẽ h⁹ ordĩatio reipu. primũ q: videret̃
eiuſdẽ eẽ hoĩs ſcire iudicare qs recte medelã attulit: q
ipſe ſciat ẽt mederi ac ſanitateȝ egrotãtib⁹ afferre: h aũt
eſt medicus. Eodeȝ mõ de alijs facultatib⁹ ⁊ artibus.
Ut enĩȝ medicuȝ rõnem ſue medele apud alios medi
cos reddere opȝ: ita ⁊ alios apud ſil'es. Medic⁹ aũt eſt
⁊ ille qui agit: ⁊ ille q ꝑcepit ⁊ oſtẽdit: ⁊ tertio loco ille
qui a pueritia expertus eſt circa arteȝ. Sunt enĩȝ quidã
tales in cũctis (vt ita dixeriȝ) artib⁹. Tribuim⁹ vero iudi
ciũ nõ min⁹ exptis qȝ ſciẽtib⁹. Deinde ⁊ circa electionẽ
eodeȝ ſe vr̃ mõ hr̃e. Nã recte eligere ſcientis eſt opus:

ceu geometraꝝ in geometria: ⁊ gubernatoreꝫ in nauiga
tione: ⁊ ſi eniꝫ in quibuſdã operibus ⁊ artibus cõcurrũt
alij quidaꝫ ignorantes: non tamen melius iudicant q̃ꝫ
ſcientes. Itaqꝫ ſm̃ hanc rõnem auctoritas dominandi
multitudini dãda nõ eſſet: neqꝫ in electiõibus magiſtra
tuuꝫ: neqꝫ in rõnib⁹ adminiſtratoꝝ repoſcẽdis. At eniꝫ
forſan h̃ oĩa nõ bñ dicunt̃: ẽt pp ſupioreꝫ ſermoneꝫ: ſi ſit
multitudo nõ nimis ſeruilis. Erit eiꝫ vnuſqſqꝫ deterior
iudex q̃ꝫ hi qui ſciunt: verũtñ ſimul oẽs vel melius iudi
cabunt: vel non deterius. ⁊ de quibuſdam quideꝫ non
ſoluꝫ is qui feceri: recte iudicat: ⁊ qui hꝫ arteꝫ puta do
muꝫ nõ ſoluꝫ is intelligit ⁊ iudicat qui fecit: ſꝫ melius is
q vtit̃. Utit̃ aũt pr̃familias/ ⁊ de temone melius guber/
nator q̃ꝫ faber: ⁊ de epulis cõuiua q̃ꝫ coquus. Hoc igit̃
dubiũ per hũc modũ videt̃ ſufficiẽter ſolui. ¶ Eſt ⁊ alia
dubitatio cuꝫ hac annexa: qꝛ incõueniens videt̃/ vt de/
teriores q ſunt/ maioruꝫ reruꝫ hẽant poteſtateꝫ q̃ꝫ pbi.
Rationes vero adminiſtratorum a magiſtratibus re/
poſcere/ ⁊ magiſtratus ipſos diligere maximũ eſt: que
duo in quibuſdam ciuitatibus a populo fiunt. Concio
eniꝫ taliuꝫ oĩum dñã eſt: atq cõcionis quideꝫ participes
ſunt ⁊ deliberant/ ⁊ decernunt exigui cenſus homines
⁊ cuiuſqꝫ etatis: q̃ſturã vero ⁊ preturã ⁊ maximos ma/
giſtrat⁹ ſuſcipiũt ex cenſu magno atqꝫ etate. ¶ Queſtio
iſta põt eodẽ mõ ſolui: nã forſan id ſe recte hꝫ: neqꝫ.n.
iudex neqꝫ cõſultor: neqꝫ is qui in cõcione exiſtit domi/
natur: ſed iudiciuꝫ ⁊ ſenatus/ ⁊ populus. Illorum vero
vnuſquiſqꝫ eſt particula iſtoruꝫ. Dico aũt particulã con
ſultorẽ/ concionatorẽ/ ⁊ iudicẽ: itaqꝫ iuſte domina maior
eſt multitudo. Ex multis eniꝫ populus cõſtat: ⁊ cõſiliũ:
⁊ iudiciũ: maiorqꝫ ſenſus eſt vniuerſoꝝ q̃ꝫ ſinguloꝝ per
ſe: ⁊ q̃ꝫ illoruꝫ paucorũ qui magnos ſuſcipiũt magiſtra/
tus. Hec igitur in hunc modũ terminata ſint. Prima ve
ro illa qõ manifeſtũ facit/ nihil adeo: vt leges recte po/
ſitas debere dominari. Illum aũt qui reipub. p̃eſt: ſiue



vnus hic ſit: ſiue plures in his poteſtatẽ habere debere
in quib⁹ leges expreſſe cauere nõ pñt: ex eo qꝛ nõ faci
le ſit generali ſermone ſingulos caſus comprehẽdere.
Quas tñ leges recte poſitas dicam⁹ nõdum appꝫ: ſed
adhuc ſupeſt añrior dubitatio. Atq tales eẽ leges: q̃les
ſunt reſpu. neceſſariũ eſt prauas vel ſtudioſas: iuſtas vł
iniuſtas: ⁊ hoc vnũ manifeſtũ oportere ad ſpẽm reipu.
leges eẽ accõmodatas. Qđ ſi ita ſit: pꝫ q leges illas que
ad rectas gubernatiões accõmodate ſunt: neceſſe eſt eẽ
iſtas. Illas vero q̃ ad eaꝝ labes/ eſſe nõ iuſtas.

¶ De fine politice p̃cellẽtia/ nobilib⁹ opulẽtis/ iuſtitia virtute bellica/ legiſlatore. Cap. 8.

CUm vero in cunctis ſciẽtijs ⁊ artib⁹ finis ſit
bonũ: maximũ aũt ⁊ maxime in pncipaliſſi/
ma oĩuꝫ. h̃ aũt eſt ciuilis ptãs. eſt autẽ ciuile
bonũ iuſtuꝫ. id aũt cõis vtilitas. Videt̃ autẽ
oĩbus equũ quoddã eẽ iuſtuꝫ: ⁊ vſqꝫ ad ali/
qd cõſentiũt philoſophicis rõnib⁹ de qbus determina
tuꝫ eſt in moralibus. Quid.n. ⁊ qb⁹ iuſtũ ⁊ oportere pa
rib⁹ par exiſtere; quoꝝ certe paritas/ ⁊ quoꝝ impitas ſit:
opꝫ nõ latere (habet.n. id dubitatiõeꝫ) ⁊ phiam ciuileꝫ.
Forſan.n. diceret aliqs ſm̃ oĩs boni p̃eminẽtiã oporte/
re impariter magr̃at⁹ tribuere ſi in alijs nõ differãt: ſꝫ pa
res ſint. Differẽtib⁹.n. aliud eẽ iuſtũ ⁊ q ſit ſm̃ dignita/
teꝫ. Atq ſi hoc veꝝ ſit erit ⁊ ſm̃ colorẽ ⁊ ſm̃ magnitudi/
neꝫ ⁊ ſm̃ vnũqđqꝫ bonorũ plus tribuẽdũ de ciuili iuſto
illis q ſuperexcellũt: at hoc qdẽ falſuꝫ eſt: qđ pꝫ in alijs ſciẽ
tijs ⁊ artib⁹. Paribus.n. fiſtulatorib⁹ quãtuꝫ ad artem
danda nõ eſt p̃rogatiua fiſtularũ illi qui ſit nobilior. Ni/
hil.n. meli⁹ canet̃: ſed opꝫ his q in ope ipſo ſuperexcellũt
tribuere fiſtularũ prerogatiuã. Qꝫ ſi nõdum pꝫ qđ dici/
mus etiaꝫ magis deducẽtib⁹ erit manifeſtũ: nam ſi erit
aliquis excellens fiſtulatoria arte: inferior tamen no/
bilitate generis vel forma: ⁊ ſi maius quodlibet illoruꝫ
eſt bonuꝫ q̃ꝫ fiſtulatoria. Dico autem nobilitatem ⁊ for/

mã: ⁊ ſꝫ ꝓportionē fiſtulatorie ſunt anteponēda: tamē
huic dãde ſunt meliores fiſtule: opꝫ eniꝫ in opus ipſuꝫ
ꝓrogatiuã cōferre. Diuitiarum vero ⁊ nobilitatis re/
ſpectus nihil cōfert. Preterea ſm iſtã rōnem: oē bonuꝫ
ad oē bonuꝫ eſſet vtiq; cōparabile. Nã ſi magis aliqua
magnitudo: ⁊ certe oio magnitudo cōparabilis foret:
⁊ ad diuitias ⁊ ad libertateꝫ: itaq; ſi magis hic excelle/
ret magnitudine q̃ ille virtute: ⁊ magis ſupereminere
omnino magnitudo: virtuti eſſent oia cōferēda. Quã/
to eniꝫ magnitudo huius illuꝫ ſuperaret tanto conſtat
fore parem. Cuꝫ vero hoc ſit impoſſe: ptꝫ ꝙ in reb⁹ ciuili
bus nō ſm oēꝫ impſtatē de magr̃atib⁹ recte cōtēdūt. Si
eiꝫ ſint hi qdē tardi: illi aũt veloces: nihil ob hoc oꝫ alios
plus alios minus hr̃e: ſed i agonicis certaminib⁹ hoꝝ
excellētia honoreꝫ capit. At ex quibus cōſtat ciuitas: in
his neceſſe cōtentiones cadere. Quapp rōnabiliter ſibi
arrogant honorem nobiles ⁊ ingenui ⁊ opulenti. Opꝫ
eniꝫ ingenuos eſſe ⁊ cenſuꝫ habere ad onera pferenda.
Nō eniꝫ ciuitas eſſe pōt ex paupib⁹ oibus: queadmodū
nec ex ſeruis. At ſi hec reqrunt: ptꝫ ꝙ ⁊ iuſtitia ⁊ virtus
bellica reqrit: ſine his eniꝫ ſtare ciuitas nō pōt. Hoc tm̄
intereſt ꝙ ſine primis illis ciuitas eſſe non pōt: ſine his
aũt nō bene pmanere. Ad hoc igit vt ſit ciuitas videri
pn̄t: vel oia: vel quedaꝫ iſtoruꝫ recte ſibi honores ven/
dicare. Ad vitã tñ optimã diſciplina ⁊ virtus iuſtiſſime
ſibi vendicare honores vtiq; viderent: vt ſupra dictuꝫ
eſt. Cuꝫ vero nec oiuꝫ pariū par hr̃e debeãt: qui in vno
aliquo ſint pes nec impar ipares ſm vnū nec iuꝫ eſt oēs
hmōi rerūpu. trãſgreſſiōes eſſe/⁊ labes. dictuꝫ vero eſt
prı⁹: q: inter ſe quodãmō oēs iuſte cōtēdūt: ſimplr aũt
nō oēs iuſte. Opulenti quidē ꝙ plus regiōis poſſidēt.
regio autē cōe quiddaꝫ. Preterea in cōmercijs magis
creditur eis: vt plurimuꝫ. Ingenui aũt ⁊ nobiles quaſi
ꝓpe iter ſe: ciues. n. magis generoſiores q̃ ingeneroſi.
Nobilitas aũt apud oēs in honore habet. Inſup: q: ꝑſen



ſaneum eſt ex melioribus ortos eſſe meliores: eſt eniꝫ
generis virtus nobilitas. Silr quoq; dicemus virtuteꝫ
merito cōtentionē inducere: ſociabilē. n. virtutē dicim⁹
eſſe iuſtitiaꝫ: cui cetere oēs virtutes neceſſario ſequunt.
Atqui ⁊ plures ad pauciores: nam ⁊ potentiores ⁊ di/
tiores: ⁊ meliores ſunt vt ſuſceptis plurib⁹ ad pauciores.
¶ An ergo ſi oēs iſti forēt in vna ciuitate: ceu boni ⁊ di/
uites ⁊ nobiles: eētq; alia mltitudo populi. Utꝝ in du
bio veniret qbus gubernatio reipu. foret tribuēda: an
nō eſſet dubiū. In vnaquaq; igit repu. eaꝝ q̃s dixim⁹
indubitatū eſt iudiciū: q nã debeãt gubernare. Princi/
palibus. n. inter ſe differūt: ceu alia ꝑ diuites eſſe: alia ꝑ
virtuoſos: ⁊ aliaruꝫ vnaqueq; eodē mō: ſꝫ cōſiderãduꝫ ē
qñ circa idē tps iſta exiſtūt quō ſit determinanduꝫ. Nē/
pe ſi virtuoſi ſint in ciuitate admoduꝫ pauci quō eſt agē/
dum? An cōſiderare opꝫ ſi pauci ad opus gubernandi
rempu. ſufficiant: aut tot eſſe oporteat: vt ex his ciuitas
cōſtet. Eſt aũt dubitatio quedaꝫ in cunctis qui de hono
ribus Reipu. cōtēdunt. Naꝫ qui vel ꝓp diuitias vel ꝓp
genus gubernationeꝫ ſibi tribuendaꝫ putant nihil iuſte
dicere viderent. Sequeret. n. vt ſi vnus oiuꝫ ditiſſimus
foret: is eodeꝫ iure gubernare alios oēs deberet. Eodē
mō qui nobilitate antecellit eoꝝ gubernator eſſet q cuꝫ
ipſi ſint ingenui de honore cōtendunt: hoc idem forſan
cōtinget in optimatum gubernatione circa virtuteꝫ. Si
quis eniꝫ vnus probitate antecellat alijs qui in eadem
repu. verſentur hūc dñari oportebit ſꝫ illã rōnē. Ergo
ſi ⁊ multitudineꝫ dñari opꝫ ex eo: q: potētior eſt q̃ pau
ci: ⁊ ſi vnus vel plures vno pauciores tamē q̃ multitu
do potentiores ſint alijs hos oporteat gubernare po/
tius q̃ multitudineꝫ. Hec itaq; oia videntur oſtendere:
ꝙ haruꝫ determinationuꝫ nulla eſt recta ſm quam cen/
ſent ſibi quiſq; gubernationeꝫ eſſe tribuendaꝫ: ceteros
vero oēs ſub eoꝝ gubernatione eſſe debere. Naꝫ ꝑfecto
⁊ ad eos q ꝑ virtutē ſibi arrogãt gubernãdi autoritatē: ⁊

ad eos qui per diuitias/ rñdere poſſet multitudo iuſtū
ſermonez. Nihil enim vetat multitudinē qñqȝ meliorē
eſſe q̄ȝ pauci/ ac ditiorē: nō ſm ſingulos: ſed ſm vniuer/
ſos. Ex quo ad qōnez illaȝ quaȝ afferūt per hūc moduȝ
rñderi pōt. Querunt eniȝ quidaȝ ad quid reſpicere le/
gis cōditor debeat in legibus rectiſſimis cōſtituendis.
Uerum ad meliorez vel ad pluriuȝ vtilitatez: qñ cōtin/
gat qđ modo diximus. Rectuȝ quidez accipienduȝ eſt
eque. Eque vero rectum ad totius ciuitatis vtilitatez ꝛ
ad cōem ciuiuȝ. Ciuis aūt cōiter qui particeps eſt im/
parandi ꝛ parendi: ſȝ alius ſm vnāquāqȝ ſpēm rerūpu/
blicaꝝ. Scōȝ aūt optimā ſpēȝ q pōt ꝛ eligit parere ꝛ im/
perare ad vitaȝ ſm virtutez degendaȝ.

¶ De vno ceteris virtute precellenti/ oſtraciſmo/ opti/
ma republica. Cap. 9.

QUod ſi vnus vſqȝ adeo ſupexcellens virtute
vel plures q̄ȝ vnꝰ/ nec tamē tot numero vt
implere ciuitatem poſſint: vt neqȝ compa/
randa ſit alioꝝuȝ oīum virtus: neqȝ facultas
gerendi rēpublicaȝ ad hanc pluriuȝ ſi plu/
res ſint/ vnius tantuȝ ſi vnus: amplius hi ponendi ſunt
ciuitatis pars. Fieret eniȝ illis iniuria ſi pariter atqȝ alij
cenſeantur: cum ſint vſqȝ adeo ſuperiores ſm ciuilem
potentiaȝ. Putandum eſt eniȝ talem viruȝ tanq̄ȝ deum
in hoībus eſſe. Ex quo manifeſtuȝ eſt poſitionez leguȝ
neceſſariaȝ eſſe circa equales genere ꝛ virtute. Sed in
illos tales non eſt lex. Ipſi eniȝ lex ſunt. Eteniȝ ridicu/
lum foret qui illos legi ſubijcere conaretur. Dicerent
enim fortaſſe queādmoduȝ de Leone ſcribit Antiſthe/
nes cōcionātibus lepuſculis ac cenſentibus equū oēs
hēre debere. Quapp a ciuitatibꝰ que populariter regū/
tur oſtraciſmus repertus eſt: he ſiquidez ciuitates equa/
litatez maxime cōplectuntur. Itaqȝ qui ſupexcellere vi/
detur vel ꝑpter diuitias: vel ꝑpter amicos: vel propter
aliquā aliaȝ ciuilē potentiā extra ciuitatē relegat ad tps



aliquod terminatū. Tradūt etiaȝ fabule ob huiuſcemo/
di cām Herculem ab argonautis fuiſſe relictuȝ: nō eñi
vna cum alijs nauem regere illum voluiſſe vt nimium
ſuperexcellentem inter nauigantes. Quapropter qui
vituperāt tyrānidem ꝛ conſilium Periādri Traſibulo
datuȝ: non ſimpliciter exiſtimādi ſunt recte dicere. Fe/
runt etiam Periādrum nihil reſpōdiſſe ei qui conſilij — Periandri cōſilium.
petendi cā ad ipſuȝ miſſus fuerat: ſȝ ſupereminētes ſpi/
cas demetendo ſegetē adequaſſe. Cuius cāȝ cuȝ nō in/
telligeret nūcium ac factuȝ ab eo narraret: intellexiſſe
Traſibuluȝ q̄ꝺ oportebat ſupereminentes ciues auffer/
re. Hoc aūt nec ꝓdeſt ſolum tyrānis nec ſolum faciunt
tyranni: ſed ꝛ in paucoꝝuȝ potentia: ꝛ in populari ſtatu
ſimiliter ſe hȝ. Oſtraciſmus eniȝ eandem quodāmodo
vim hȝ tollēdo eos qui ſupereminent ꝛ in exiliuȝ pellē/
do. Hoc idē ꝛ in ciuitatibus ꝛ in gentibus faciunt hi q
dominant: velut Athenienſes circa Samios ꝛ Chios ꝛ
Leſbios. Quāprimuȝ eniȝ imperiuȝ firmiter habuere:
eo in multis peſſundarūt: cōtra federis equitatez. Per/
ſarū aūt rex Medos ꝛ Aſſyrios: ꝛ alios qui magnū ali/
quid de ipſis ſapiebant ob imperiuȝ prius habitū ſepe
conterruit. ¶ Queſtio aūt ꝓpoſita circa oēs eſt rerūpu/
blicarum ſpēs vtr̄ que ſunt recte: nam ille que trāſgre/
diuntur ad ꝓpriam reſpicientes vtilitatem hoc agunt.
Quinimo ꝛ ille que ad cōmune reſpiciūt bonum eodē
modo ſe habent: patet hoc in alijs quoqȝ artibus ꝛ ſciē/
tijs: neqȝ enim pictor excedentem menſurā pedez ani/
mal habere pateref: quāuis pulcherrimus ille pes eēt.
neqȝ faber proram aut aliam partem nauis. neqȝ certe
magiſter chori: eum qui pulchriorem ac meliorez toto
choro voce emittit: ſinet in choro eē. Itaqȝ ob hoc qui/
dem nil ꝓhibet eos qui domini ſunt cōuenire cum ci/
uitatibus ſi ꝓprie dominatiōis gratia que ꝑncipatibus
vtilia ſunt agant. Quare ſm eas quas cōfitemur ſuper/
excellētias quandam hȝ vtilitatem ratio illa per quam

oſtraciſmus fuit repertus. Melius tñ foꝛet ſic ab initio per legis cōditoꝛē fuiſſet puiſuz vt reſpu. nō idigeret tali medicīa. Scḋo aūt loco ſi qd tale accidat conādū eſt tali aliquo remedio coꝛrigere: qḋ tñ ſactuz nō eſt ī ciuitatibus. Non eñ reſpexerūt ad cōmodū publicū: ſ; per ſeditionē vſi ſunt ciuili pulſione. In his igit̄ ſpēbus gubernandi q̄ lapſe ſunt qḋ ad priuatū cōmodū ptinet ac iuſtū eſt p;: foꝛſan aūt nō ſimplr iuſtū: ⁊ hoc eſt manifeſtuz: ſ; in optima republ'. magna habet̄ dubitatione nō per excellētiā alioꝝ bonoꝝ ceu viriū ⁊ diuitiaꝝ ⁊ amicitiarū: ſ; ſi quis excellat virtute qd de eo ſit faciēduz. Nō eniz dicēdū eſt vt talis vir ſit de ciuitate pellēdus: atq; neq; gubernatiōi alioꝝū talis vir erit ſubijciēdus. Perinde eniz eſt ac ſi qui iouez gubernare velint poteſtatē diuidentes. Reſtat ğ vt videt̄ nāz huius talē eſſe vt oēs ſponte ſua illi parere debeāt: itaq; hmōi quidē homies eſſe reges perpetuos in ciuitatibus.

De regia poteſtate.

¶ De republica regia/ ⁊ regū ſpēbus. Cap. 10.

Foꝛſan vero poſt hoc congruuz fuerit conſiderare de regia gubernatiōe. Dicimus eniz hanc eſſe vnaz ex rectis ſpēbus rerumpublicarū. ¶ Conſiderandū eſt aūt vtrū cōducat ciuitati ⁊ regioni quā recte gubernari opoꝛteat regē habere vel nō: ſed alia queda ſpēs gubernādi magis cōducat: vel an qbuſdā cōducat: quibuſdā non.

Utrū cōducat ciuitati ⁊ regioni regē habere.

¶ Ante oīa vō diſtinguēdū eſt an ſit vnū genꝰ eoꝝū: vel dīas habeāt: vel plures: facile eſt ītueri q̄ plura genera ſunt. Nec ēſt oīuz reguz modus vnus ptātis. In Lacedemonioꝝū eniz repu. vr̄ rex eſſe maxīe ſm̄ leges: neq; eniz ptātē h; oīuz: ſ; cū egredit̄ extra regionē imperiuz h; eoꝝ que pertinēt ad belluz. Preterea ſacrificia deoꝝūq; cerimonie ei cōmiſſa ſunt: hec igit̄ regia ptās eſt quaſi auc̄tatē belli ppetuā hr̄e. vite. n. neciſq; alicuiꝰ nō h; ptātē niſi dū bellū gerit: vt etiā apud antiquos fuiſſe vr̄: qḋ oſtēdit Homerus: nam Agamēnon in cōcionibꝰ maledictis ⁊ iurgijs vexabat̄: ſ; cū a ꝯcione digreſſus ī prelio erat: occidēdi habebat ptātez. Itaq; inquit quez ego pcul a pugna fugientē cōſpexero nō ſibi ſat erit fugere canes ⁊ aues: nam penes me occidēdi ptās. Una ergo ſpecies regni eſt auctoꝛitas belli perpetua: ⁊ qñq; per genus: ⁊ qñq; per electionē hmōi regnuz obtinet̄.

Prīa regni ſpecies.

¶ Eſt ⁊ alia inſuper monarchie ſpēs qualia ſunt apud quoſdaz barbaros regna vim hñtia primaz tyrānidi: ſ; ſint legitima: ⁊ ſm̄ moꝛē patrie. Ob id enim q2 magis apte ſunt ad ſeruiēdū nationes barbaroꝝ q̄; grecoꝝ: ⁊ eoꝝ q icolūt Aſiā q̄; eoꝝ q Europā: perferūt ſub herili pncipatu ſeruile iugū equo aīo: ⁊ ob hoc tyrānica ſunt hmōi regna: ſ; hñt ſecuritatē: q2 moꝛe ⁊ legibꝰ ꝯſtituūt̄. Et ea de cā cuſtodiā hñt regiā nō tyrānicā: reges eniz a ciuibꝰ armis cuſtodiunt̄. Tyrāni vero ab externis mercede cōductis. Et reges ſm̄ leges: ⁊ volētibus: Tyrāni vero inuitis dominant̄. Itaq; alteri ciuibꝰ cuſtodiunt̄: alteri ꝯ ciues cuſtodiā parant. Sunt igit̄ h̄ de quibꝰ dictum eſt due ſpēs monarchie.

Scḋa regni ſpēs.

¶ Tertia eſt ſpēs vt antiquitus ī grecia fuere quos vocabāt eſymnetas. Eſt aūt hic vt ſimplr dicamus electiua tyrānis differēs a barbarica non eo q̄ legitime: ſ; eo q̄ non cōſuete poteſtas aut hmōi: aut viuēte eo durabat: aut tpe: vel rebꝰ geſtis finiebat̄: qualē eligerūt qñq; Mitylenei Pittacū aduerſus exules ſuos: qbꝰ preerāt Anthimenides/ ⁊ Alceus poete: oſtēdit hic Alceus in quodā loco ſuoꝝ carminū: increpat enim q̄ Pittacum hoīem obſcuri generis laboranti ciuitati perfecerint. Hmōi igit̄ ſpēs q2 tyrānice ſunt dominationez habent: quia vero electiua ſunt ⁊ volentiū/ regie.

Tertia regni ſpēs.

¶ Quarta ſpecies regni eſt: quales erāt heroicis tpibus ſpontanee ⁊ ſm̄ moꝛē: ⁊ legē: pp beneficia eniz a primis collata in populos: vel per artes: vel per bellū: vel per cōgregationē in vnum: vel per acquiſitionē regionis: delatū fuit eis regnū de populoꝝ volūtate ⁊ ſucceſſoꝛibus. Id erat ſm̄ moꝛem. Hi ⁊ imperiū

Quarta regni ſpēs.

habebāt belli: ⁊ rei diuine cultū exercebāt: niſi talia eēnt ſacrificia q̄ ſacerdotiū requirerēt: ⁊ poſtea de cōtrouerſijs iudicabāt: ⁊ hoc faciebant alij iureiurādo preſtito: alij ſine iureiurādo: erat aūt illis iuſiurandū p ſceptri eleuationē. Ueteres igit̄ illi reges antiquis tpibus ciuitates/ ⁊ gentes/ ⁊ nationes externas cōtinuo gubernabāt: poſtea vero partī ipſis regibꝰ dimittētibus: partī multitudine detractāte illud ſolū i qbuſdā ciuitatibꝰ/ relictū eſt regibus vt cerimoniaꝝ erga deos haberēt facultatē: ac belli duces in externis eſſent.

¶ De ſpeciebꝰ regū: imperatoꝛe/ optimo viro/ optimis legibꝰ/ vno multis/ potētia circa regē. Cap. II.

Regie ergo ptātis tot ſunt ſpēs quattuoꝛ. vꝫ. Una q̄lis erat tpibus heroū: volentiū. ſ. ⁊ in quibuſdā determinatis rebꝰ. Dux em̄ belli ⁊ iudex cōtrouerſiaꝝ: ⁊ dn̄s cerimoniaꝝ erga deos. Altera erat barbarica ex ꝓgenie. ſ. dn̄atio ſm̄ leges. Tertia quā eſymnetiā vocāt quā eſſe diximus electiuā tyrānidē. Quarta laconica: ea aūt eſt vt ſimplr̄ dicā iperiū belli in quodā genere perpetuū. Iſta quidē igit̄ per hūc modū inter ſe differūt. Quinta eſt ſpēs qn̄ vnus oīū hꝫ ptātē queadmodū vnaqueq̄ gens: ⁊ ciuitas vnaqueq̄ publice oꝛdinata ad exēplar gubernatiōis domus: vt em̄ gubernatio patriſfamilias eſt regia quedā ptās domi: ita regia ptās eſt ciuitatis ⁊ gentis vnius aut pluriū q̄ſi domeſtica quedā gubernatio. Fere aūt due ſunt regni ſpecies de quibꝰ ꝯſiderationē facere expedit: vna hec de q̄ diximus: altera laconica: nam aliarū plereq̄ inter has medie ſunt. Paucioꝛū enim dn̄e q̄ oīmoda ptās regia: pluriū vero q̄ laconica. Itaq̄ cōſideratio fere circa duo v̄ſatur. Unum cōducat ne ciuitatibꝰ perpetuū belli ducē hr̄e: ⁊ hunc vel per genus: vel per electionē? Alterū cōducat ne vnum hr̄e ptātem oīum: an non? De duce igit̄ belli cōſiderare ad leges potius pertinet: q̄ ad aliquam ſpeciem reipub.



Nam in oī republ. id cadere pōt. Quare dimittamus hanc primā partē. De rege aūt qm̄ hec eſt gubernandi legitima ſpēs cōſiderare opꝫ: ⁊ dubitationes que in ea cadūt percurrere. ¶ Caput v̄o huius q̄ōnis eſt vtrū expediat magis ab optimo hoīe regi vel ab optimis legibus gubernari? Qui gubernationē hoīs preferūt aiunt leges ſolū vl̄iter ꝓuidere: non aūt ad ſingulariter oꝛdinari. Itaq̄ in quacūq̄ arte litteris precipue fatuū eſſe ⁊ in egypto poſt tertiam diē mouere lꝫ medicis: q̄d ſi prius/ periculo id agunt ſuo: patet ergo pp̄ eandē cauſā non eſſe per litteras ⁊ leges optimā gubernationē. Atqui ⁊ illam adeſſe opꝫ gubernātibus vniuerſalē rōnē: ⁊ melius certe cui nō adeſt turbatio aliqua oīno q̄ cui naturaliter ineſt. Hac igit̄ turbatione lex caret. Mens vero humana non caret. Sed foꝛſan dicet aliq̄s q̄ per hmōi rōnem ꝓbabilius deliberabit circa ſingula. Quod igit̄ neceſſe ſit ipſū legū cōditoꝛē eſſe: ac leges poni: manifeſtum eſt: ſed non inuiolabiles: q: trāſgrediunt̄. Nam in ceteris quidem inuiolabiles eſſe opꝫ: at de quibuſcunq̄ lex aut ꝓuidere non pōt oīno: aut non bene ꝓuidere: vtrū in his vni viro optimo danda ſit poteſtas vel multis. Etenim nūc plures ſimul cognoſcūt de cauſis/ deliberāt ⁊ iudicāt. Sunt aūt hmōi iudicia de ſingularibus: ⁊ cū vnuſquiſq̄ per ſe foꝛtaſſe deficiat. Ciuitas aūt ex multitudine cōſtet: vt cōuiuium ad plures cōferunt melius eſt q̄ vna atq̄ ſimplex menſa: ſic iudicia multoꝛum ſepe melioꝛa ſunt q̄ vniuſcuiuſq̄. Preterea multitudo minus ſubiacet coꝛruptioni quemadmodū aque magna cōgeries: ſic etiam plures q̄ pauci incoꝛruptibilioꝛes ſunt. At cum vnus iudicat ſi ira vel alia huiuſmodi perturbatio vincat neceſſarium eſt iudiciū coꝛrūpi: ſed in multitudine difficile foꝛet omnes iraſci atq̄ errare: Sic multudo liberoꝝ hominum qui nihil agant preter legē: niſi in quibus ex ipſa neceſſario deficiat: q̄ ſi hoc: non facile in pluribus: ſi plures ſint

Judicia multoꝝ ſepe melioꝛa ſūt q̄ vniuſcuiuſq̄.

boni viri ⁊ ciues. Utruꝫ corruptioꝛ erit vnus in guber/
nando: vel cū erūt plures ⁊ boni oēs: vel pꝫ ꝙ plures?
Enīuero plures inter ſe factiōibus cōtendūt: vnus aūt
non cōtendit: ſed aduerſus hoc forſan ponenduꝫ eſt ꝙ
ſtudioſi viri ſunt oēs vt ille vnus. Si ḡ pluriū guberna
tio: bonoꝝ aūt viroꝝ oīum optimatū dicit: vnius aūt
regnuꝫ optabilius eſſet ciuitatibus ab optimis guber/
nari q̄ꝫ a rege: ⁊ cū poteſtate ⁊ ſine ptāte: modo reperiri
queant plures ſilr: ⁊ ob hoc forſan rex ab initio reptus
eſt ꝙ difficile erat viros plures excellēti virtute repiri:
preſertiꝫ cū tunc ciuitates parue forēt. Preterea ob be/
neficia accepta reges creauere ꝙ opus eſt bonoꝝ viro/
ruꝫ: ſed cuꝫ poſtea cōtingeret vt plures pari virtute rept
rent: nō amplius tolerarūt regē: ſed cōe quiddaꝫ querē/
tes reſpu. ꝯſtituere. Cuꝫ vero deterioꝛes facti lucrū ſibi
quererēt ex gubernatiōe rerūpub. paucoꝛuꝫ hinc potē/
tiaꝫ exortā fuiſſe credendū eſt. Honorabāt eni diuitias:
ex his vero in tyrannides tranſire: ex tyrānis rurſus ad
plebeꝫ: ſemp eniꝫ ad paucioꝛes redeuntes: ꝓpter que/
ſtus cupiditateꝫ: multitudinē corroboꝛauerūt vt tandeꝫ
inſurgēs multitudo ad populareꝫ ſtatuꝫ ciuitates rede/
gerit. Factus nempe maioꝛibus ciuitatibus non facile
eſt aliaꝫ q̄ꝫ popularem gubernandi ſpēm remanere. Si
aūt quis ponat optimum eſſe ciuitatibus a rege guber/
nari, q̄uo fiet in filijs. Utruꝫ per genus erit ſucceſſio: at
ſi qualeſcūqꝫ pernicioſuꝫ eſt: ſed non relinquet regnuꝫ
hmōi natis rex cū id in ſua ſit ptāte. At nō facile iaꝫ eſt
in hoc fideꝫ habere. Arduū eniꝫ ac maioꝛis virtutis q̄ꝫ
ſm humanā naturā. Queſtio eſt ēt vtrū habere debeat
qui regnaturus eſt circa ſe potētiā quādā qua poſſit cō/
pellere nō parētes: vel q̄uo gubernationē exercebit. Si
eniꝫ habeat poteſtatē a legibꝰ cōceſſaꝫ: ⁊ nihil ex volun/
tate ſua faciat ꝑter leges: tamē nec̄aria erit ſibi potētia
per quā leges tueri queat. Forſan quidē de hmōi rege
non difficile eſt determiare: naꝫ opꝫ ipſuꝫ vires habere:



ſed tales vt vnoquoqꝫ ſeparatim ⁊ ſimul pluribꝰ poten/
tioꝛ ſit populo: tn̄ ſit ipotētioꝛ: vt antiq ſolebāt cuſtodiā
ciuitatis tradere: ⁊ quādo aliquē ꝑficiebāt eſymnetā vo
citabant: vel tyrānum. Et Dionyſio poſtulanti circa ſe
habere aliquos cuſtodie cauſa: cōſuluit quidam ſiracu/
ſanis tot eſſe dandos.

¶ De poteſtate regia multis/vno/multitudine apta re
gno: ⁊ alijs rebuſpublicis. Cap. 12.

Verū de eo rege qui cuncta ex volūtate ſua ge
rit cōſideratio nūc eſt faciēda. Nā ille qui ſꝫ
leges dr̄ rex: nō facit (vt diximus) regie gu/
bernationis ſpēm: qꝛ in cunctis rebuſpub.
cadere pōt: vt ſi qdaꝫ ducēdo exercitui quo/
tiens ciuitas bellū gerit ꝑpetuō ſit pꝛefectus: puta in po
pulari ſtatu: ⁊ optimatū gubernatiōe: pluresqꝫ auctoꝛi/
tatem vni cōmittūt belli gerēdi. Eſt aūt talis quedā de/
putatio apud Duraciū: ⁊ apud Sipōtinos: lꝫ apd Si/
pōtinos paulo cōſtrictioꝛ. Sꝫ regia illa poteſtas pleniſ/
ſima p quā rex oīa ex volūtate ſua gubernat: vr̄ qbuſdā
nō eſſe ſm naturā: vt vnus oīuꝫ dn̄s ſit ciuiū: cū ex ſimi
libus ciuitas cōſtet: nam ſimilibꝰ natura idē ius eſſe ne/
ceſſariū eſt: ⁊ eandē dignitatē ſm nām: quare vt parem
habere impares alimoniā: aut veſtē nociuū eſt coꝛpoꝛi/
bus: ita ⁊ in honoꝛibꝰ res ſe habet. Silr ergo ⁊ inequa/
lem equalibus: ex quo nō magis pꝛeeſſe q̄ꝫ ſubeſſe iuſtū
eſt: ⁊ per viciſſitudinē eodē mō: ⁊ hec iam lex: nam inſti
tutio lex eſt. Melius eſt igit vt lex dominet q̄ꝫ aliquis
ciuium: eadēqꝫ iſta rōne ſi quos pꝛeeſſe opꝫ: ita ſunt pꝛe
ficiendi vt cuſtodes legum atqꝫ miniſtri: neceſſe eſt eſſe
aliquos magiſtratus cum poteſtate: ſed nō vnum hunc
eſſe debere aiunt in ciuium paritate: quecunqꝫ tamē vi/
dentur per legē quidē terminari nō poſſe: per hominē
vero cognoſci poſſe: pꝛudenter cauens lex adiungit:
cetera iuſtiſſima intētione iudicari debere: per hos qui
iudicijs pꝛeſunt. Ac inſuper emendare permittit quod

videat̃ expertis vt melius diſponant q̃z vt iacent. Qui
igit̃ legẽ preeſſe iubet, videt̃ iubere deũ preeſſe ⁊ leges;
qui aũt hominẽ iubet preeſſe adiungit ⁊ beſtiã ſeuã. Li
bido quippe talis eſt: atqꝫ obliquos agit etiã viros opti
mos qui ſunt in poteſtate: ex quo mens abſqꝫ appetitu
lex eſt. ¶ Videt̃ aũt de artibus falſum eſſe exẽplũ ꝙ ſm
litteras medicari vanũ eſſet: meliuſqꝫ fore ſi poſſidenti/
bus artem vtamur: nam illi quidẽ nihil cõtra rationez
per amicitiã agunt: niſi ꝙ recuſant mercedẽ accipere cũ
ſanos fecerint. At in ciuilibus magiſtratibus multa per
affectionẽ ⁊ gratiam cõſueuerunt delinquere: ⁊ cum de
fide medici timeret̃/ ac ſuſpitio foret ne ſuſcepto ab ini
micis precio necare velit: tunc ex litteris curam magis
optaremus. Atqui egrotantes medici alios ad ſe medi
cos vocãt: ⁊ magiſtri paleſtre alios magiſtros: quaſi ne/
queant verum diſcernere qui de proprijs iudicant: ⁊
in affectu conſtituti ſunt. Quare manifeſtũ eſt ꝙ iuſtuz
querẽtes mediũ querũt. Lex. n. mediũ. ¶ Preterea va/
lidiores ⁊ de validioribus rebus leges ſunt ille que ex
moribus ꝓueniũt q̃z que ex litteris. Quare ſi minus fal
litur homo q̃z hi qui ſm litteras: non tamẽ q̃z hi qui ſm
cõſuetudinẽ. Atqui nec facile eſt vnũ diſcernere: opus
erit ergo vt plures ſint ſub eo iudicãtes. Itaqꝫ qꝺ refert
hoc ſtatim ab initio ꝓuidere vel expectare vt ipſe vnus
alijs iſta cõmittat: inſup qꝺ prius dicebat̃ ſiquidẽ vir ſtu
dioſus: qm̃ melior ſit preeſſe debet. vno autẽ duo boni
meliores ſunt. Hoc eniz eſt qꝺ Homerus ait. duo ſimul
euntes: ⁊ optatio Agamẽnonis: vtinã tales mihi decez
cõſultores adeſſent. Sunt autẽ etiaz nunc magiſtratus
cum poteſtate iudicãdi de quibuſdã: ceu iudex de qui/
bus lex prouidere non põt: nam de quibꝰ lex determi/
nare põt/ nemo dubitaret. Sz cum quedam cõprehẽdi
legibus poſſint: quedã nõ poſſint: ⁊ hec ſint illa que du/
bitationẽ ⁊ q̃ſtionem faciunt: vtrum melius ſit ab optima
lege: an ab optimo viro gubernari. Nam que in cõſul/



tationẽ veniũt de eiſdẽ ferri legẽ impoſſibile eſt. Nõ igitur
aduerſus hoc aiũt ꝙ nõ neceſſariũ ſit hominẽ in hmõi
rebus iudicare: ſed ꝙ nõ vnũ ſolũ: ſed plures. Iudicat
eniz vnuſquiſqꝫ in magiſtratu bene: ſi ſit eruditꝰ primo a
lege. ¶ Forſan vero abſurdũ videri poſſet: ſi meliꝰ cernat
duobꝰ oculis: ⁊ duabꝰ auribꝰ audiat: ⁊ duobus pedibus
duabuſqꝫ manibꝰ agat q̃z plures pluribꝰ. cũ ⁊ nũc q̃daz
reges ⁊ tyrãni oculos plures ſibi cõparẽt: ⁊ aures: ⁊ ma
nus: ⁊ pedes: ꝑficiendo amicos ⁊ curationẽ rerũ eis cõ
mittendo: qui niſi ſint amici nõ faciũt ſm illoꝝ intẽtio/
nem. ſi vero ſint: amici ⁊ ſtatus illoꝝ ⁊ perſonarũ. ami
cus autem par ⁊ ſimilis. Quare ſi eos cenſet perficien/
dos certe pares: ac ſimiles gubernationibꝰ preeſſe cenſet
oportere. Que igitur cõtendentes contra regiã guber/
nationez aiunt fere iſta ſunt. ¶ Sed hec forſan in qui/
buſdam ita ſe habent: in quibuſdã autẽ nõ ita. Eſt eniz
quoddaz natura dominabile: aliud regibile: aliud po/
pulare: ⁊ iuſtum ⁊ vtile. Tyrãnicum vero nõ eſt ſm na/
turam: nec vlla aliarũ gubernationuz que rectam tranſ/
grediuntur formã: hec enim fiunt preter naturam. Sed
ex his que dicta ſunt: patz ꝙ in ſimilibus ⁊ paribus/ nec
vtile eſt: neqꝫ iuſtum: vt vnus ſit dñs oĩum: neqꝫ ſi non
ſint leges: ſed tanq̃z ipſa ſit lex: atqꝫ ſi ſint leges: neqꝫ bo
nus bonoꝝ: neqꝫ nõ bonoꝝ nõ bonus: neqꝫ ſi ſm vir/
tutẽ ſit melior per quẽdam moduz. Quis autem iſte ſit
modus: dicẽdum eſt. Diximus vero aliqualiter ⁊ ante.
Primo determinãdũ eſt quid congruat regi: quid opti
matibus: quid reipu. Regibus cõgruit hmõi multitu/
do que natura apta ſit ferre genꝰ preſtãs virtute ad prin
cipatum ciuilem. Optimatibus vero cõgruens eſt mul
titudo liberoꝝ que nata ſit ad ferendum gubernatio/
nem eoꝝ qui ſunt ſm virtutẽ primarij. Ad ciuilem gu/
bernationẽ autẽ reipubli. cõgruit ea multitudo in qua
populus innaſcit̃ bellicꝰ qui gubernari poſſit ⁊ guberna
re ſm leges ⁊ equitatẽ impartiẽs tenuioribꝰ honores ⁊

magiſtratus. Quando igitur aut totum genus aut in/
ter alios vnum aliquē ita precellere contingat, vt vnius
ipſius virtus maioꝛ ſit alioꝛū omnīū virtute: tunc iuſtuꝫ
eſt hoc eſſe regiuꝫ genus:⁊ omnium dominari: ⁊ hunc
vnum eſſe regem. Ut enim dictum eſt pꝛius non ſolum
id habet iuſtitiā quā pꝛeferre ſolent rerūpub. inſtituto/
res:⁊ qui optimatū:⁊ qui paucoꝛū potentium: ⁊ qui po
pularē. Oēs enim excellentiā tribuunt:ſed excellentiaꝫ
nō eādem:ſed ſm pꝛius dicta:neq3 interficere: neq3 in
exilium agere:neq3 relegare hunc poſſe decet:neq3 di/
gnari vt per vices gubernet:non eniꝫ natura fit vt pars
ſuperet totum:habenti vero tantā excellentiam hoc ac/
cidit. Reſtat ergo ſolum vt huic ſuadēti pareatur/⁊ po
teſtatem eum habere non per vices ſed ſimplr. De re/
gia igitur gubernatione:⁊ quas dr̄ias habeat:⁊ vtrū vti
le ſit ciuitatibus:vel nō:⁊ quibus:⁊ qūo in hunc moduꝫ
determinatuꝫ ſit. Cum vero tres dixerimus eſſe rectas
gubernādi ſpecies:harū vero neceſſariū ſit eam eſſe op
timam que ab optimis guberneṫ. Talis autē eſt in qua
cōtingit aut vnum aliquem oīum:aut genus totum:aut
multitudinē virtute pꝛeſtante gubernare eos/qui gu/
bernari valeant ad eam vitā que ſit maxime expetēda:
⁊ in pꝛimis libꝛis oſtenſum ſit neceſſarium eſſe vt ſit ea/
dem virtus boni viri:⁊ ciuis optime ciuitatis:patet ꝙ
eodem modo:⁊ per eadem fit vir bonus ⁊ ciuitatē ſta/
tueret quis ab optimis gubernari:vel a rege. Itaq3 ea/
dem fere diſciplina ⁊ idem moꝛes facerent ſtudioſum
virum qui faciunt ciuilem ⁊ regium. His determinatis
conandum iam erit de optima repub. dicere queādmo
dum fiat:⁊ quomodo conſtituatur. Nam neceſſe eſt de
illa conuenientē conſiderationē facere.

Tertij Politicoꝛum Ariſto. Finis.



# QVARTVS POLITICORVM Ariſtotelis.

## De optima republica/⁊ ptinentibus ad legiſlatoꝛē3.

### Capitulum Pꝛimum

IN cūctis artibus ⁊ ſciētijs que nō
circa ptē3/ſed circa gen⁹ aliqd̄ pfe
cte exiſtunt:vni⁹ eſt cōſiderare:qd
cuiq3 cōueniat generi ceu exercita
tio coꝛpis qualis quali cōueniat:⁊
q̄ ſit optīa. Optime.n.nāe diſpō ⁊
optime affluēti optimā3 cōuenire
neceſſariū eſt:⁊ que plurimis:vna
oībus:eteni3 hoc gymnaſtice eſt.
Preterea vero ſiqs nō exactā illa3 cupiat habitudinē ⁊
ſciā3 circa certamina:nihilomin⁹ magri gymnaſioꝝ eſt
hanc potētia3 pparare:eodēq3 mō in medicina:⁊ in fa
bꝛicatiōe nauiū:⁊ veſtiū:⁊ in oī alio artificio videm⁹ cō
tingere. Quare manifeſtū eſt ꝙ eiuſdē eſt ſcie videre q̄
ſit optima reſpu.⁊ qualis maxime ad votu3 foꝛet nullo
extremoꝝ eā impediēte:⁊ q̄ quib⁹ ↄueniat. Na3 plures
optima3 aſſeq foꝛſan impoſſe eſt. Itaq3 ⁊ ea q̄ ſit ſimplr
optīa:⁊ ea q̄ quātu3 fieri pōt optīa latere nō dꝫ legis cō
ditoꝛē/ac vere ciuilē hoīem. Ac pterea tertia q̄ ſit ex ſup
poſitiōe. Na3 op3 datā quoq3 ↄſiderare poſſe queādmo
dum ab initio cōſtituaṫ: ⁊ cōſtituta ſeruareṫ ꝙ plurimo
tpe. Dico aūt ceu ſi cui ciuitati cōtigerit neq3 optimam
gubernatione3 hr̄e: neq3 necīa illa adeſſe: neq3 illiſ ipſis
que aſſint recte vti: ſed alijs deterioꝛib⁹. Preter h̄ autē
oīa eā gubernatione3 q̄ oībus maxie cōgruat ciuitatib⁹
noſſe op3:vt tradūt plurimi eoꝝ qui de repu. tractāt. Et
ſi de alijs recte dicūt:de vtilib⁹ vero oberrāt:non ſolum
eni3 optimā rēpub. cōſiderare op3:ſed ēt illa3 q̄ in vſu3
cadere poſſit:⁊ que ſit facilioꝛ ⁊ cōioꝛ oībus. Nunc autē
alij ſupꝛemā querūt ſolū multis ſane adminiculis indi/

genté:alij magis cõez aliquã tradẽtes/tollenteſqꝫ eas q̃
in vſu ſunt/laconicã vel aliã quãdã cõmẽdãt. Ar.n.opꝫ
talẽ inſtõnẽ reipu. ĩducere/vt ſuadeanƭ ac poſſint hoĩes
ex his q̃ ſibi aſſunt facil'r eã recipe. Naꝫ ẽ nõ min⁹ diffici
le corrigere rẽpu. iaꝫ iſtitutã q̃ꝫ ab initio inſtituere: quẽ/
admodũ ⁊ poſt diſcere q̃ꝫ ab initio didiciſſe. Quapp nõ
ſolũ his q̃ libris ſcripte ſunt reſpu. verũetiã illis q̃ reue/
ra exiſtũt auxiliari poſſe oꝫ ciuilẽ hoĩeꝫ: vt dixim⁹. Hoc
aũt facere nõ põt ſi ignoret quot ſint ſpẽs eaꝝ. Nam nũc
qdaꝫ putat vnã eſſe popularẽ: ⁊ vnã paucoꝝ potẽtiũ qð
nõ eſt verũ. Itaqꝫ opꝫ nõ latere dñas oĩuꝫ: ⁊ quot ſint:
⁊ quotupliciter ꝯponanƭ. Leges ẽt ſil'r cũ his ꝯſiderãde
erũt q̃ ſunt optime/⁊ q̃ ꝯueniãt vnicuiqꝫ gubernationi.
Sũt.n. leges oẽs ad rẽpu. accõmodãde. nõ aũt reſpu.
ad legẽ. Eſt nãqꝫ reſpu. inſtõ ciuitatis circa magrat⁹ ho
noreſqꝫ publicos/quẽadmodũ debeãt ĩpartiri: ⁊ in quo
ptãs auctoritaſqꝫ ſũma dẽat ꝯſiſtere: ⁊ q ſit finis cuiuſqꝫ
ſocietatis. Leges aũt eaꝝ varie ſunt p q̃s modus reipu.
gubernãde ſignãƭ ſm quas debeant illi q ſunt in ptãte
impare: ⁊ phibere trãſgreſſores. Ex quo ptꝫ q̄ neceſſe ẽ
dñas ⁊ numerũ tenere ſingulaꝝ rerũpu. ẽt ad legũ poſi
tiones. Neqꝫ.n. fieri põt vt eedeꝫ leges vtiles ſint pau/
corum potẽtie/ac popularib⁹: neqꝫ popularib⁹ oĩbus. ſi
qdeꝫ plures ſunt ⁊ nõ vna dũtaxat.

¶ De ſpecieb⁹ rerũpublicaꝝ/trãſgreſſionib⁹/cẽſu potẽ/
ſtate/de exqrendis a ciuili viro. Cap. 2.

CUm vero in p̄cedẽtib⁹ dictũ ſit a nobis tres
eẽ rerũpu. ſpẽs rectas. Regnũ. optimatiũ:
⁊ eaꝫ q̃ appellaƭ reſpu. ac tres eaꝝ trãſgreſ
ſiões ⁊ labes: cũ regnũ in tyrãnidẽ/optioꝝ
aũt gubernatio in pacoruꝫ potentiaꝫ reſpu.
autẽ in populareꝫ ſtatũ labatur. Et de optimatuꝫ guber
natione ⁊ regia ſit dictum. ¶ Nam de optima republi.
cõſiderare idẽ eſt ac de illis dicere: vult eniꝫ vtraqꝫ illa/
rum p virtutem ceteris opportunius cõcurrẽtibus con/



ſiſtere: ⁊ inſup qd inter ſe differãt regia ptãs ⁊ optimoꝝ
gubernatio: ⁊ qũ regia gubernatio putãda ſit/determi/
nauim⁹. Reſtat nũc vt de illa que appellaƭ reſpu. dica/
mus: ⁊ de ceteris gubernãdi formis: vt de paucoꝝ potẽ
tia: ac de populari ſtatu: ⁊ de tyrãnide. Ptꝫ igitur haruꝫ
tranſgreſſionũ que deterrima ſit: queue ſcða: neceſſe eſt
eniꝫ prime ⁊ diuiniſſime trãſgreſſionẽ eſſe deterrimaꝫ.
Regiaꝫ quippe gubernationẽ neceſſe eſt: aut nomẽ ha/
bere ſoluꝫ cũ non ſit: aut pp magnã illius q regit excellẽ
tiam eſſe. Ex quo ſit tyrãnideꝫ deterrimã exiſtere ac plu
rium a recta ſpẽ gubernãdi abeſſe. Scðo aũt loco pau/
coꝝ potẽtiã: naꝫ optimoꝝ gubernatio multũ ab hac ſpẽ
diſtat. Maxime vero mediocrẽ eẽ popularẽ ſtatũ. Fuit
e prius qdaꝫ/qui iſto mõ tradidit: nõ tñ in idẽ aſpictẽs
nobiſcũ. Ille.n. eſtimabat rectaꝝ ſpecieꝝ oĩuꝫ ceu pau/
coruꝫ potentie laudabilis ⁊ aliarũ deterrimã eẽ popula
rem. Improbarũ vero optimã. Nos aũt eas que tranſ/
grediunƭ aberrare oẽs dicimus nec paucoꝝ potẽtia: q̄
melior ſit altera q̃ꝫ altera recte dr̃. Sꝫ q̄ min⁹ improba.
Uerum de his nũc diſcutere omittam⁹. ¶ Eſt aũt a no/
bis primo diſtinguẽduꝫ quot ſint differẽtie rerũpubli.
ſiqdẽ plures ſunt ſpẽs populares gubernatiõis ac pau
corũ. Deinde que cõiſſima ⁊ optabiliſſima ſit poſt opti
maꝫ rẽpub. ⁊ ſiqua cõtingit alia ad optimatiũ nãm decli
nans recte ꝯſtituta ⁊ q̃ꝫ plurimis ꝯgruẽs ciuitatib⁹ que
nam iſta ſit: deinde aliarũ que a quib⁹ expetẽda. Forſan
eniꝫ quibuſdã neceſſaria eſt popularis gubernatio ma/
gis q̃ꝫ paucoꝝ potentia. quibuſdaꝫ vero hec magis q̃ꝫ
illa. Deinde quẽadmoduꝫ diſpoſitũ eſſe cõueniat illuꝫ q
velit has gubernatiões recipere. Dico aũt popularẽ ſꝫ
ſingulas ſpecies: ac rurſus paucorũ potentiã. Tandem
vero omniũ iſtarũ cuꝫ facta fuerit breuiter mẽtio conan
dum erit referre quenã labes/⁊ que ꝯſeruatiões ſint: ⁊
cõiter oĩum: ⁊ particulariter vniuſcuiuſqꝫ: ⁊ p quas cãs
illas maxime euenire contingat.

¶De diuerſitate partiũ ciuitatis/de priſca/⁊ ꝓpria de rebuſpublicis ſententia. Cap. 3.

QT igitur ſint plures rerũpub. ſpẽs illa eſt cã ꝙ cuiuſq; ciuitatis ꝑtes ſint plures. Videm⁹ eĩ ꝑmo ex domibus cõſtare ciuitatẽ. deinde rurſus ex hac multitudine: alios eẽ diuites: alios pauperes: alios medios: diuitũq; ⁊ paupeꝝ partem eſſe bellicã: partẽ imbellẽ. Et rurſus ex plebe ꝑtẽ agroꝝ culture deditã videm⁹: ꝑtem mercature: ꝑtem opificijs/⁊ ſordidis miniſterijs. Nobilitatis quoq; dñe ſunt ſm opulẽtiã ⁊ magnitudinẽ cẽſus. Sunt.n. alij eq̃tes q̃d mun⁹ nemõ facil'r ſuppõꝛtare põt: niſi ſit diues. Itaq; antiq̃s tẽpibus quecũq; ciuitates equeſtri potẽtia excellebãt in his paucoꝝ potentia gubernabat. Eq̃tatu aũt bella ↄ̃ finitimos exercebãt: ceu Eretrienſes ⁊ Chalcidẽſes ⁊ Magneſij q ſunt ſub Meandro: ⁊ alie ꝑtes aſiaticarũ ciuitatũ. Preterea ſunt alie nobiliũ dñe: quoſdaꝫ eniꝫ genus/quoſdã virtus extollit: ⁊ ſiqd aliud tale ciuitatis ꝑtẽ eẽ oꝫ: dictũ eſt: ibi de optimatib⁹ tractauimus: ibi nãq; diſtinxim⁹ quot ex ꝑtibus neceſſarijs oĩs ↄ̃ſtat ciuitas: ⁊ he q̃deꝫ ꝑtes/qñq; cõcurrũt oẽs ad rẽpub. gubernãdã: qñq; pauciores/qñq; plures. Patꝫ igi' ꝙ neceẽ eſt plures reſpub. eſſe inter ſe differẽtes ſpẽ. Naꝫ ⁊ ipſe earũ ꝑtes inter ſe ſpẽ differũt. Reſpub. eſt inſtõ gubernationũ. Hãc vero diſtribuũt oẽs: vel ſm aliquã eq̃tatẽ cõem. Dico aũt veluti tenuioꝝ ⁊ opulentoꝝ vel cõmunem aliquã amboꝝ. Neceſſariũ eſt ergo reſpub. tot eſſe quot ſunt inſtõnes circa earuꝫ ſupeminẽtias/ſm diſtantiã partiuꝫ. Maxime vero due vnr eſſe queadmodũ de vẽtis dici ſolet: alios quidẽ eſſe boꝛeales: alios auſtrales: ceteros aũt ventos hoꝝũ exceſſus: ſic etiãꝫ reſpub. duas eſſe/popularẽ. ſ. ⁊ paucoꝝ potẽtiã. Naꝫ optimates ſpeciem eſſe paucoꝝũ potentiũ poſuere: ⁊ eaꝫ que vocatur reſpub. dicebãt eſſe popularẽ queadmodũ de ventis: zephirũ q̃dẽ boꝛealẽ: eurũ aũt auſtraleꝫ. Eodẽq; mõ in



harmonijs: vt quidaꝫ tradunt: nam ⁊ in illis poſuerunt duas ſpẽs: vnam doꝛicã: alteram phrygiã: ceteras vero oẽs vel ad doꝛicã vel ad phrygiã referri. Maxime q̃dem igitur cõſueuerũt de reb. pub. ſic exiſtimare. Sed certe verius ac melius eſt vt nos diuiſim⁹ duaꝝ vel vni⁹ recte cõſtitute ceteras eſſe trãſgreſſiones: vt recte armonie: ſic etiã optime reipub. ad paucoꝝũ quidem potẽtiã inclinãt que durioꝛes ſunt ac magis violẽte. Que vero remiſſe ⁊ molles/ad popularẽ ſtatũ ꝑtinere.

¶De populari gubernatione/partibus ciuitatis/ſpeciebus plebis ⁊ ſpeciebus nobiliũ/⁊ ſpecieb⁹ popularis gubernationis. Cap. 4.

ſtratu ſunt differre a ſubditis: ĩdubitabile eſt. qũo ergo
hec futura ſint: ⁊ qũo participãt, ꝯſiderare dꝫ legiſlator
vt prius diximus. Nã enim oſtẽdit queadmodũ hec di/
ſtinguẽda ſunt. Fecit eniꝫ eoſdem gñe alios iuniores:
alios ſeniores: quoꝝ alteri debẽt parere gubernãtibus:



alteri gubernare. Indignat aũt nemo pꝑter etatẽ ma/
iori cõcedere. Nec putat illũ qui cedit potiorẽ ſe eẽ: pre
ſertim cum ⁊ ipſe qñ ad id etatis peruenerit, eundẽ ho
norẽ ſit recepturus. Eſt ergo vt eoſdẽ eẽ dicere, eos qui
parent ⁊ imperant: eſt etiã vt diuerſos. Itaqꝫ ⁊ diſcipli/
nam: vt eandẽ dicere neceſſe eſt ⁊ vt diuerſam. Qui eñ
imperare velit recte oportere aiunt prius ſub imperio
fuiſſe. Imperiũ vero: vt pmis libris dictũ fuit: aut gra/
tia imperãtis eſt, aut gratia ſubiectoꝝ. Hoꝝ alteruꝫ ſer/
uoꝝ eſſe diximus alterũ liberoꝝ. ¶ Mãdatoꝝ vo qdaꝫ
ĩter ſe differũt nõ in agẽdo: ſꝫ in cuius grã. Quapp mul
ta q vident eſſe miniſtroꝝ opera ⁊ adoleſcentũ: liberis
hoibus pulchrũ eſt miniſtrare. At pulchrũ eñ ⁊ nõ pul
chruꝫ nõ tñ differũt actiones pp ſeipſas: quãtũ in fine
⁊ grã cuius. Cũ vo ciuis ⁊ pꝛ̃ſidentis eandẽ virtutẽ eſſe
dicimus q eſt optimi viri: ⁊ eundẽ prius parere debe/
re, poſtea iperare: hoc vtiqꝫ erit legũ poſitori intuendũ
laborandũqꝫ: vt boni viri efficiant: ⁊ per que exercitia:
⁊ quis finis vite optime. ¶ Diuiſe aũt ſunt due partes
aĩe: quaꝝ altera rõnẽ p ſe hꝫ: altera nõ hꝫ quidẽ per ſe.
Uerũtñ rõni obtẽperare pñt quaꝝ diximus eſſe vtutes
illas per qs vir bonus dr quodãmodo: ſꝫ ĩ vtraqꝫ iſtaꝝ
magis eſt finis: his qui ita diuidũt vt nos fecimus: am
biguũ non eſt qũo ſit dicendũ. Semp eniꝫ deterius me
lioris grã eſt: pꝫ hoc ĩ his q ſunt ſm artẽ: ⁊ ĩ his q ſunt
ſm naturã. Melius aũt illõ qd rõnez hꝫ. ¶ Diuidit aũt
dupłr: vt nos cõſueuimus diuidere. Eſt enim ratio illa
actiua: alia cõtẽplatiua. ſic ğ nece eſt ⁊ hãc partẽ diuide
re: ⁊ claꝝ eſt q actiones correſpõdẽter ſe hr̃e dicemus.
Et opꝫ eas actiones q ſunt meliores ſm naturã magis
expetendas eſſe ab his qui cõſequi pñt: aut oĩa: aut illa
duo. Semper eñ cuiqꝫ. i. maxime expetendũ cuius po
tiri eſt ſummũ. ¶ Diuiſa eſt autẽ vita tota in negociũ ⁊
ociũ: bellũqꝫ ⁊ pacẽ. Et agibiliũ qdã ſunt necia ⁊ vtilia:
quedã honeſta. In quibꝫ neceſſe eſt eandẽ eſſe optionẽ

Primie ter
tiũ cap.
Appetitus
ſenſitiui eẽ
vtutes itidẽ
⁊ appetitꝫ
rõnalis, ſꝫ
excellentio
res.

Semp dete
rius melio/
ris eſt grã.

⁊ partibus aīe ⁊ ipſaꝝ actionibꝫ. Bellū quidē gratia pa
cis. Negociū aūt grā ocij. Necīa ⁊ vtilia gratia honeſto
ruꝫ. ¶ Ad cūcta igit̄ hec aſpicere oꝫ qui legē ponit: ⁊ ad
partes anime: ⁊ ad illaꝝ actiōes: magis vero ad ea que
melioꝛa ſunt ⁊ fines. Eodē modo ⁊ circa vitas ⁊ reruꝫ
diuiſiones. Poſſe eniꝫ opꝫ ⁊ in negocio verſari ⁊ in bel
lo. Pꝛeferenda tñ eſt pax ⁊ ocium: necīa ⁊ vtilia poſſe
agere. pꝛeferēda ſunt tñ honeſta. Itaq̄ʒ ad hoc tanq̄ʒ ad
ſignū: ⁊ pueri adhuc exiſtētes: ⁊ alie etates que indigēt
per diſciplinā ſunt dirigēde. Naꝫ qui nūc grecoꝝ recte
gubernari vident̄ ⁊ legūlatoꝛes qui eas reſpu. inſtitue
re: neq̄ʒ ad optimū finē vident̄ aſpexiſſe cū rebuſp. inſti
tuerēt: neq̄ʒ ad oēs ꝟtutes diſciplinaꝫ ⁊ leges direxiſſe:
ſꝫ onerose declinauerūt ad illas virtutes que vident̄ vti
les ac plus hr̄e faciūt. Silr̄ quoq̄ʒ poſterioꝝ qdā ſcripto
res opinionē ſuam eandē oſtēderūt. laudātes enim La
cedemonioꝝ rēpu. admirant̄, ⁊ cōmendāt legiſlatoꝛis
ꝓpoſituꝫ ꝙ oīa ad potentiā ⁊ ad bellū direxerit: que ⁊
per rōnem refelli poſſunt: ⁊ perfecta ipſa nunc repꝛo-
bata ſunt. Ut eniꝫ plurimi hoīum dñari late cupiūt: qm̄
exinde multa ꝓueniūt fortune cōmoda. ſic Tybꝛon ad-
mirari laudareq̄ʒ vr̄ Lacedemonioꝝ legūlatoꝛē: ⁊ qcūq̄ʒ
alter de rep. illoꝝ ſcripſit, ꝙ ꝓpter exercitationē eoꝝ ad
pericula multoꝝ dñationē ſibi cōpararūt. ¶ Atqui pꝫ ꝙ
cū non habeāt nūc dñationē Lacedemonij: nec felices
amplius eſſent: nec legūlatoꝛ eoꝝ bonus. Inſuper illō
ridiculū ſi permanētes in legibus eius: nulloq̄ʒ īpediēte
illis legibꝫ vti: omiſerūt bene viuere. Nō recte ꝟo ſuſci
piunt: neq̄ʒ de dominatione ad quā intēdiſſe legiſlatoꝛē
oſtēdunt. Naꝫ imperiū liberoꝝ melius eſt ac magis ex
ꝟtute: q̄ʒ dñari vt ſeruis. ¶ Pꝛeterea nō per hoc ciuitas
felix eſt exiſtimāda: neq̄ʒ legiſlatoꝛ laudādus ꝙ vincere
docuerit ⁊ finitimis dñari: hec eniꝫ magnū cōtinent no
cumentū: nam ⁊ aduerſus ciues hoc aget qui poterit: ⁊
ciuitati ſue dñari queret. De q̄ accuſant Lacedemonij



Pauſaniā regē: ſꝫ in tanta dignitate cōſtitutū. ¶ Nec ſa
ne aliqua hmōi rō eſt: aut lex ciuilis: neq̄ʒ vtilis, neq̄ʒ ve
ra: eadē eniꝫ optima ⁊ pꝛiuatiꝫ ⁊ publice legūlatoꝛē in-
ducere opꝫ in aīos hoīuꝫ: neq̄ʒ exercitatio rerū bellicaꝝ
ob id eſt meditāda: vt in ſeruitutē adigāt īmerentes: ſꝫ
pꝛimū ne ipſi ſeruire alijs cōpellant̄. Deinde vt īperiū
querāt grā vtilitatis ſubiectoꝝ: nō aūt oīuꝫ dñationem.
Tertio vt eis dominentur qui ſeruire ſunt digni. ¶ Oꝫ
aūt opoꝛteat legis poſitoꝛē ſtudere: vt ꝓuiſio ſua ⁊ circa
res bellicas: ⁊ circa alias inſtitutiones ad ocium, ⁊ ad
pacē referat̄: facta certe ſermonibus atteſtant̄. nam ple-
req̄ʒ taliū ciuitatū bellū gerētes cōſeruant̄: ſꝫ cū dñatio-
nem adepte ſunt, deſtruunt̄. ſplendoꝛē eniꝫ veluti ferrū
per pacē amittūt. Cauſa huius eſt legū poſitoꝛ q nonita
inſtituit vt in ocio ſtare poſſint.

¶ Uirtutē ꝯtēplatiuā ad optimā rēpub. ꝑtinere, de ꝟtu
tibꝫ tpe pacis ⁊ belli: ⁊ a q̄ ꝓmū inſtō faciēda. Ca. 15.

Cum ergo idē finis eē videat̄ publice ⁊ pꝛi
uatim hoībus, ⁊ eundē finē neceſſe eſſe ſit
viro optimo ⁊ optime reipub. manifeſtuꝫ
eſt opoꝛtere virtutes eas que ad ociū ſpe-
ctant illi inexiſtere. Finis eſt enim (vt ſepe
iā diximus) belli pax: negocij ociū. ¶ Sūt aūt vtiles ad
ociū ⁊ quietē virtutes: quaruꝫ opus in ocio eſt: ⁊ quarū
in negocio. Opꝫ aūt multa negocioꝝ nobis exiſtere: vt
liceat in ocio eſſe. Quapꝛopter temperatā ciuitateꝫ eſſe
opꝫ ac foꝛtē ⁊ patientē. Nam vt eſt in ꝓuerbio: nullum
ociuꝫ ſeruis. Qui vero nō poſſunt foꝛtiter pericula ſubi-
re ſerui ſunt inuadentiū. Foꝛtitudine igitur ⁊ cōſtantia
opus eſt ad negociū: phīa ꝟo ad ociū. Temperātia aūt
⁊ iuſtitia in vtroq̄ʒ tpe: ſed magis in pace ⁊ ocio. Nam
bellū quidē ipſum cogit hoīes eſſe iuſtos ac tempera-
tos. Foꝛtune aūt ꝓſpere fruitio ⁊ ociuꝫ cum pace petu-
lantes magis facit. Multa igit̄ iuſtitia multaq̄ʒ tempe-
rantia indigēt hi qui in optimo ſtatu cōſtituti videntur:

⁊ in fruitione oīum rerū que beatos facere putanꝬ:velu
ti ſiqui ſunt(vt poete tradūt)in beatoꝝ īſulis. Maxime
eniꝫ hi phīa ⁊ tēperātia ⁊ iuſtitia indigerēt q in optimo
ſtatu cōſtituti vnt:quāto magis ocioſi ſunt in abūdātia
talium bonoꝝ. Qua igiꝬ de cā beata ⁊ ſtudioſa futura
ciuitas his indigeat virtutibꝰ/manifeſtū eſt. Turpe eſt
eniꝫ nō poſſe frui bonis:ſꝫ in negocijs quidē ⁊ bello vi
ros probos videri:in ocio aūt ⁊ pace ſeruiles. Quāob/
rem opꝫ(nō quēadmodū Lacedemonioꝝ ciuitas)virtu
tem exercere. illi enim nō eo ab alijs differūt ꝙ non pu
tent eadē maxima bona que ceteri:ſꝫ eo ꝙ ꝓuenire illa
exiſtimāt magis per aliquā virtuteꝫ. Qm̄ vero maiora
ſint hec bona q̄ꝫ ea que belli:⁊ fruitio eoꝝ q̄ꝫ virtutū:⁊
qꝛ illius grā:manifeſtū ē ex his. ¶ Quō aūt ⁊ p que id
erit vtiqꝫ ↄſiderandū. Diximus vtiqꝫ ſupra diuidētes ꝙ
natura ⁊ more ⁊ rōne indigemus. Ex his aūt quales ⁊
aliquos natura eſſe opꝫ determinauimꝰ. Reſtat videre
vtrū rōne prius an moribꝰ ſit eruditio faciēda. Hec.n.
ſimul cōcordare debēt optima cōcordatione. Cōtingit
eniꝫ rōnem aberrare ab optima ſuppōne/⁊ ſimiles per
mores duci. ¶ Clarū eſt hoc:primū quidē quēadmodū
in alijs ꝙ gnātio eſt a principio:⁊ finis a principio aliq̄
alterius finis. Ratio aūt nobis ⁊ mēs nāe finis. Quare
ad hec gnātionē ac morū inſtōnē parare opꝫ. ¶ Deide
vt anima ⁊ corpus duo ſunt:ita quoqꝫ duas videmꝰ ꝗē
anime ptes:vnā irrōnaleꝫ:alterā que hꝫ rōneꝫ( habitus
quoqꝫ earū duos)quarū altera eſt appetitꝰ/altera mēs.
Vt aūt corpus in gnātione antecedit animā:ſic ps irra/
tiōalis añcedit eā ptē q̄ rōnē hꝫ. Pꝫ id in pueris quibꝰ
ſtatim ira ⁊ volūtas ⁊ cōcupiſcētia exiſtit. At rō ⁊ mens
ꝓcedente etate in illis fieri nate ſunt. Quapropter cor/
poris curā neceſſe eſt prius ſuſcipe q̄ꝫ anime:deinde ap
petitus curā tamen appetitꝰ grā mentis:curā vero cor/
poris grā anime. ¶ Si ergo ab initio ꝓuidenduꝫ eſt a
legis poſitore:vt optima ſint corpora eoꝝ qui educanꝬ:

Appetitus ſenſitiui ⁊ rōnalis eſſe ↄtutes morales.



primo quidē circa cōiugia ꝓuidere dꝫ:qua etate/⁊ cuiuſ
modi exñtes ſint in mrīmoniū copulandi.

¶ De natura ⁊ generatiōe/etate liberoꝝ ad parētes/tē
pore nubendi/tpe ꝓcreādi/corpis habitudine p̄gnā
tibus/orbis fetibꝰ/ꝓcreādoꝝ multitudīe/maxīe ꝓba
to ꝓcreādi tpe/⁊ alieno ↄcubitu īterdicēdo. Ca. 16.

HOc aūt īſtituet legis poſitor inſpiciēs ad ip
ſos:⁊ ad vite tp̄s:vt etatibꝰ in idē tpis con/
currāt:nec diſcrepet gignēdi potētia. Viro
eniꝫ adhuc generare potēte ſi mulier ipa cō
cipere nō poſſit:vel muliere quidē ad conci
piendū apta:ſi vir ipſe nō poſſit:lites ac diſcordie inter
eos oriunꝬ. ¶ Ad filiorū quorū ſuſceptionē eſt inſpiciē
duꝫ ne nimis diſtent ab etate paterna:qm̄ nec ipſi ſenio
ribus gratiā referre vllam pnt:nec parētes filij alimen
ta preſtare. Nec ēt nimis ꝓximi ad etatē paternā acce/
dere debent filij. Habet.n. hoc turbationē nō paruā. nā
minor futura ē reuerētia hmōi filioꝝ erga genitores:
vtpote quaſi ſint equales:⁊ circa gubernationē domus
querele ex iſta quaſi paritate ſoleant ꝓuenire. ¶ Inſup
vnde cepimus huc ꝓuenimꝰ:vt corpa natorū ſint ſm̄ le
gis poſitoris voluntatē. fere quidē hec oīa ꝓueniūt per
vnā diligentiā. Naꝫ cū ſit finis gignēdi vt plurimū viris
quidē ſeptuageſimꝰ annus:mulieribꝰ aūt qnquageſimꝰ:
ita cōiugādi ab initio ſunt/vt etatibꝰ ad hūc finē concur
rant. ¶ Eſt aūt adoleſcentiū cōiunctio improba ad filio
rum ꝓcreationē. In cunctis.n. aīalibꝰ iuueniles partus
impfecti ſunt:⁊ femine crebrius q̄ꝫ mares:⁊ parua cor/
poris forma gignunꝬ. Quocirca neceſſe eſt hoc idem in
hoibus ꝓuenire. Huius aūt cōiectura fuerit ꝙ in qbuſ/
cunqꝫ ciuitatibꝰ cōſuetudo eſt adoleſcētes mares puel/
laſqꝫ cōiugari:in eiſdē inutilia ac puſilla hoiuꝫ corpora
exiſtūt. In partu quoqꝫ laborāt magis puelle ac pereūt
plures. ex quo reſpōſum oraculi Trezenijs datū quidaꝫ
exiſtimāt ob iſtam cām:quaſi multis pereuntibꝰ proptēr

Precepta nām reſpicientia.

Anni gignēdi.

Vir vſqꝫ ad ſeptuageſimū annuꝫ: mulier vero vſqꝫ ad. 50. gignere pt.

Qua etatē ducenda ſit vxor.

īmaturitatē nuptiaꝝ: nō ꝑp fructuū collectōez. ¶ Ad cō tinētiā quoqꝫ vtile eſt nuptias fieri ſeriores. intēperantiores.n. eſſe videnť cū puelle veneri aſſueſcūt. ac maſculoꝝ corpa creſcere īpediunť: ſi adhuc augēte corpe venereе rei intēdāt: naz ei⁹ rei qōdaz eſt determiatū tp̄s: qd nō multo āpli⁹ excedit. ¶ Quapp puellas qdē circa etatē decē ꝛ octo ānoꝝ nuptui tradere ꝯgruit: maſculos āt circiter etatē ānoꝝ ſex ꝛ triginta. In h̄ eniz tpe ꝛ vigētib⁹ corpibus cōiūgenť: ac ꝑcedēte tpe ſimul apte deſinēt ꝑcreare poſſe. Et filioꝝ ſuſceptio ptiz erit ab initio eis etate vigētib⁹: ſi recte ꝑcedat ſtatiz gnātio. ptim iaz vergētib⁹ ad ānū ſeptuageſimū. Quib⁹ igiť etatib⁹ cōiugia ſint faciēda dictū ſit. ¶ Tēpus aūt āni vt nūc multi obſeruāt: recte ꝑ hyemē apti⁹ ad nuptias eē videť. Sz ꝯſiderāda ſunt in ꝑcreatione liberoꝝ q̄ a medicis ꝛ q̄ a phyſicis tradunť. Medici aūt tēpora opportuna corporib⁹ ſufficiēter oſtēdunt. phyſici autē de ſpiritib⁹ boreales magis q̄z auſtrales laudāt. ¶ Que autē quibus corporibus natoruz maxima eſſet vtilitas magis dicenduz eſſet: vbi de diſciplina liberoꝝ tractatur. Summatiz vero ſat fuerit nunc dixiſſe: neqꝫ enim athletaꝝ habitudo vtilis fuerit ad ciuilem habitum: neqꝫ ad ſanitatez ꝛ ꝑcreationē liberoꝝ: nec rurſus humilis ꝛ imbecilla nimiū: ſed media iſtaruz. laborioſam eniz habitudinez habere opꝫ: exercitatā vero laborib⁹ nō violentis: neqꝫ ad vnū laborē ſoluz vt athletarū hitudo: ſz ad liberalia opa: hec aūt ſilr viris mulieribuſqꝫ exiſtere ꝺbēt. ¶ Pregnātes quoqꝫ mulieres curā hr̄e corporū opꝫ: nō ꝑigreſcētes: neqꝫ ſubtili vtētes alimonia. hoc aūt facile eſt legū poſitori ꝓuidere: ſi iubeat ſingulis diebus iter qōdā facere debere ad deoꝝ ſacra mulieres q̄ ſortite ſint cōcipiēdi honorē. Mens tamen cōtra q̄z corp⁹ in trāquillitate eſt traducēda: q̄ eniz fiunt ab ea q̄ cōtinet capere videnť: queādmodū illa q̄ naſcunť a terra. ¶ Circa expōnē aūt vł educatōz filioꝝ lex ſit: nihil orbatū nā fore educādū.

Anni nubēdi.

Nihil orbatū fore educandū.

¶ Si v̄o mores īſtitutaqꝫ ciuitatis ꝓhibeāt natos exponere: determināda ꝑfecto erit ꝑcreādoꝝ multitudo. q̄ ſi qbuſdā ad ꝑcreādū copulatis ꝑter hec euenerit: ante euenire opꝫ: ne fetus cōcipianť. nā poſtq̄z cōcepti ſunt: ꝛ ſenſuz aut vitā cōceperint: nefas eſt eos attingere. Cū vero determiatū ſit q̄ etate vir ꝛ vxor ſint ab initio cōiugādi: q̄zto tpe liberis opatōez dare ꝯueniat/ determinemus. Senioꝝ.n. fet⁹/ queādmodū iunioꝝ impfecti ſūt ꝛ corpib⁹ ꝛ ītellectib⁹: ſeneſcētiū quoqꝫ fet⁹ ſunt irrobuſti. Quapp ꝛ ſm intell's vigorē: quapp ꝛ illud maxie tp̄s ꝓbādū eſt in quo maxie ītelligētia viget ī nobis. Id aūt eēt in plr̄imis circiter ānū qnquageſimū: vt poetaꝝ quidā dixerūt ſeptēnario numero etatē ꝯmetiētes. Itaqꝫ qui q̄ttuor aut qnqꝫ ānis hanc etatē exceſſerint: derelinq̄re debēt in apto ꝑcreādi ſtudiū: ac deceterovł ſanitatis/ vel alteri⁹ hmōi cā ꝯcubitū facere videri. Cōcubit⁹ vero oīs alteri⁹ q̄z ꝯiugis/ penit⁹ ſit interdict⁹: qū qdē ſit ꝛ appelleť marit⁹. Qꝫ ſi qs dep̄hēdať ꝯfacere ꝑ tp̄s ꝑcreatiōs: dignā ꝑ delicto penam reportet.

¶ De victu ꝛ diſciplina puerorum. Cap. 17.

SUſceptis aūt filijs multū referre putādū eſt ad corpis robur quali victu nutriātur: appet vero ex ceteris aīalib⁹/ ꝛ ex gētib⁹ quib⁹ cura ē aſſidua bellice habitudīs: nutrimētū lactis maxie ꝓpriū eſſe corpib⁹: abſtemiū aūt magis ꝑp egritudies. Et p̄terea mot⁹ quoſcūqꝫ in ea etate fieri dať/ cōferūt. ¶ Ne mēbra vero ob teneritudinē diſtorta fiant: vtūť adhuc gētes aliquе organis qbuſdā ꝛ machinis q̄ corpus a talibus illeſum ꝯſeruāt. Confert etiam ſtatim a pueritia frigori aſſueſcere. Hoc eniz ꝛ ad ſanitatē: ꝛ ad res bellicas vtile eſt. Quapp apud multos barbaroꝝ cōſuetudo eſt vel gelido amne natos īmergere: vel parua veſte amicire: vt faciūt galli. Ad cūcta eniz ad que poſſibile eſt ſtatim ab initio meli⁹ eſt aſſueſcere. Eſt aūt apta pueroꝝ nā ob eoꝝ calorē ad frig⁹ exerceri.

Circa pꝛimam igitur etatem: hec ⁊ hmõi diligentia eſt
adhibenda. ¶ Sequẽti vero etate vſqꝫ ad annos qnqꝫ:
qꝛ nondũ ad diſciplinã aliquã ſunt admonendi: nec la/
boꝛes perferre cogendi/ ne creſcere impediant: motus
ſolũmodo quoſdam ſuſcipere debent: quo pigritiã coꝛ/
poꝛis euitẽt: qui motus pꝛeparãdi ſunt illis: ⁊ per alios
actus/ ⁊ per ludum. Ludi vero ipſi neqꝫ illiberales: neqꝫ
laboꝛioſi eſſe debẽt: neqꝫ remiſſi. ¶ Quas aũt narratio/
nes ⁊ fabulas illa etate pueri audire debeãt/ cura ſit his
qui pueris publice pꝛeficiuntur: cuncta enim talia ad cõ
uerſationes poſtea futuras accommodanda ſunt. Itaqꝫ
ludi vtplurimũ tales eſſe debent vt ſint imitatiões eoꝛũ
que poſtea ſerio erunt facienda. ¶ Cohibitiones vero
pueroꝛũ ⁊ interruptiones ploꝛatus/ qui legibus pꝛohi/
bent nõ recte faciunt. ſunt eniꝫ vtiles ad augmentũ: cũ
ſint quodãmodo exercitationes coꝛpoꝛum. Spiritꝰ eniꝫ
cõpꝛeſſio facit robur laboꝛantibꝰ: qđ contingit etiã pue
ris ploꝛatuꝫ cohibentibus. ¶ Pꝛouidenduꝫ eſt ab his
quibus pueroꝛũ cura publice commiſſa eſt circa hmõi
educationẽ ⁊ alia: vt ⁊ qꝫ minime cum ſeruis verſentur:
hec enim etas vſqꝫ ad annos ſeptẽ neceſſariũ eſt vt do/
mi alatur. Rõnabile eſt ergo pꝛecipere in hac etate vt
ab auditu ⁊ viſu ſeruiliuꝫ rerum abſint. ¶ Omnino igit̃
obſcenitas verboꝛũ per legis latoꝛeꝫ exterminanda eſt
de ciuitate. Ex turpiter enim loquendi licentia ſequitur
⁊ turpiter facere. Potiſſimũ igitur ſtatim a pueris: nec
dicant: nec audiant quicqꝫ turpe. ¶ Si quis vero dice/
re aut facere quicqꝫ pꝛohibitoꝛũ depꝛehenſus fuerit: is
ſi liber ſit/ ſed nondum in cõuentuꝫ comeſſatoꝝ digna/
tus aſſumi/ honoꝛe ꝓhibeatur ⁊ verberibus caſtigetur.
ſed ſi ſit maioꝛis etatis: ſeruili ĩfamia afficiat̃/ admiſſi ſer
uilis gr̃a. ¶ Cum vero dicere quicqꝫ interdixerimꝰ: cla/
rum eſt ꝙ ⁊ aſpicere aut picturas/ aut actus defoꝛmes
ꝓhibemus. Sit igitur cura magiſtratibus nullam neqꝫ
picturã neqꝫ ſtatuam eſſe talium rerum imitatricem: niſi
apud

Spũs com pꝛeſſio facit robur labo rantibus.



apud deos quoſdam tales: quibus etiã laſciuiaꝫ lex tri/
buit: apud hos permittet lex homines pꝛo ſe ⁊ filijs ⁊
vxoꝛibus ſacra facere. ¶ Iunioꝛes autẽ neqꝫ iamboꝛũ:
neqꝫ tragediarũ ſpectatoꝛes eſſe ſinat: niſi cum ad eam
peruenerint etateꝫ: vt in comeſſationibꝰ vna cum alijs
ſedere/ ⁊ potius etiã participes eſſe poſſint: ⁊ ab huiuſ/
modi labe inſontes diſciplina oẽs effecerit. ¶ Nos qui/
dem nunc curſim iſta attingimus: poſtea vero inſiſten/
tes opoꝛtebit determinare magis: ſiue opoꝛtet/ ſiue nõ
opoꝛtet: pꝛimo querẽtes/ ⁊ quomõ: ſed in pꝛeſenti men
tionem de his facere neceſſarium fuit. Foꝛſitan eniꝫ nõ
male circa hoc cenſebat Theodoꝛus tragediarũ actoꝛ:
nulli eniꝫ vnqꝫ concedere voluit: vt ante ſe ageret: neqꝫ
ex modeſtis etiam hiſtrionibꝰ quaſi magis faueant au
ditoꝛes illis quos pꝛimo audierint. Contingit hoc idẽ
conuerſationibus hominuꝫ ⁊ rerum. Omnia eniꝫ pꝛi/
ma nos magis delectant: quapꝛopter opꝫ a pueris om
nia turpia pꝛocul remouere: ⁊ maxime quecunqꝫ habẽt
in ſe vel obſcenitatẽ vel impꝛobitatẽ. ¶ Tranſactis ve/
ro ãnis quinqꝫ: in duobꝰ ad ſeptẽ vſqꝫ opꝫ iam diſcipli
nas ſpectare quas addiſcere eos opoꝛtet. Due ſunt eta
tes in quas neceſſarium eſt diſciplinas diuidere. Una
poſt ſeptimũ annum vſqꝫ ad pubertatem. Altera a pu/
bertate vſqꝫ ad ãnuꝫ vigeſimũ pꝛimuꝫ. Nam qui hebdo
madibus diuidunt etates vtplurimũ dicunt non bene.
Itaqꝫ ſequenda eſt naturalis diſtinctio. Omnis enim
ars ⁊ diſciplina implere vult id quod deeſt nature. Pꝛi
mum igitur videndum eſt ſi facienda ſit inſtitutio que/
dam circa pueros. Deinde ſi vtile ſit publice curam
eoꝛum ſuſcipere/ vel magis pꝛiuatim quod nunc fit in
plurimis ciuitatibus. Tertio qualem hanc eſſe curam
opoꝛtet.

Oĩa pꝛima nos magis delectant.

Quo tẽpoꝛe pueri expo/ nendi ſunt diſciplinis.

¶ Septimi Politicorum
Ariſtotelis
Finis.

# ❡OCTAVVS POLITICORVM ARISTOTELIS

❡Q; facienda ſit inſtitutio circa pueros/⁊ illam publice eſſe ſuſcipiendam ad reipublice formam. Capitulum Primum.

QUod igitur a legis poſitore maxime intendēdum ſit circa diſciplinam iuuentutis: nemo vtiq; dubitabit. nā id quidem neglectū in ciuitatibus affert reipubli. detrimentum. Oportet enim ad ſingula gubernādi gn̄a diſciplinā accōmodari. Nā mos vniuſcuiuſq; reipub. ꝓprius: ⁊ ꝯſueuit ſeruare rēpu. ⁊ ab initio ꝯſtituere: ceu ꝑplaris mos ꝑplarē: ⁊ paucoꝝ potētie accōmodatus mos eā que ꝯſiſtit ī paucoꝝ gubernatōe. Semꝑ aūt melior mos cū eſt melioris reipub. ❡Preterea in cunctis facultatib⁹ ⁊ artibus ſunt quedā ad que erudiri prius opꝫ ⁊ aſſuefieri ad earū opera. Itaq; manifeſtū eſt: ꝙ ⁊ ad virtutis actiones. ❡Cum vero vnus ſit finis ciuitatis totius: clarū eſt oportere diſciplinā quoq; eſſe vnā ⁊ eandē omniū: ⁊ huius curā eſſe publicā/ ⁊ nō priuatam: quēadmodū nunc vnuſquiſq; curam hꝫ ſuorū filiorum priuatimq;/ ⁊ priuatā diſciplinā docēs prout ei videt. Sed opꝫ publicorū publice exercitationē fieri: ⁊ ſimul nō oꝫ quiſq; ciuis ſe ſui exiſtimare/ ſed oēs ciuitatis. Particula enim ciuitatis vnuſquiſq; eſt. cura vero ſingularū particularū reſpicere nata eſt ad curā totius. Laudari poſſunt in hoc Lacedemonij: nam plurimam circa pueros diligentiā faciunt: ⁊ quidem publice. Q; igitur lege ꝓuidēdū ſit circa diſciplinā iuuētutis: ⁊ hoc publice faciendum: patet.



❡Qualis eſſe debeat inſtitutio puerorū: ꝙ neceſſarioꝝ nō omniū: ꝙ liberaliū diſciplinarū quātum ſat eſt/ ⁊ ad finem liberalem. Cap. 2.

QUenam vero iſta ſit diſciplina: ⁊ quō tradenda: latere nō oꝫ: nam nunc q̄dē in ambiguo ex operib⁹ eſt: nec eandē oēs cenſent iuuentutē addiſcere debere: neq; ad virtutē/ neq; ad vitā optimā: neq; cōſpicuū eſt vtrū per intelligētiā magis deceat: vel ꝑ animi morē. Impedimentoꝝ quoq; reſpect⁹ cōſiderationē diſcipline conturbat: cū manifeſtū nō ſit/ vtrū exercitatio nr̄a accōmodanda ſit ad ea que ſunt vtilia ad vitā: vel ad ea que tēdunt ad virtutē: vel ad ea q̄ ad maiorē quēdā/ ſuꝑfluūq; ꝑtinent apparatū. Hec. n. oīa patronos quoſdā ſuſcepere. ❡De his quoq; que ad virtutē tendūt nihil cōfeſſum exiſtit. Etenī virtutē nō eandē oēs ſtatim honorant: ex quo fit vt diſcordēt circa illius exercitationē. ❡Q; igit ex vtilib⁹ neceſſaria ſint addiſcēda: manifeſtū eſt. ꝙ autē nō oīa diſtinguētib⁹ liberalia opera ab illiberalib⁹ patebit illa talia eſſe recipiēda: que cum vtilia ſint faciunt exercētē nō vilis exercitij operatorē. Uile aūt exercitiū putādū eſt: ⁊ ars/ ⁊ diſciplina/ quecūq; corpus/ aut animā/ aut mentē liberi hoīs ad vſum ⁊ opa virtutis inutilem reddūt. Itaq; ⁊ artes ille q̄cūq; deterius diſponūt corp⁹. ⁊ cuncta mercēnaria exercitia ſordida nūcupam⁹. Mentē enī occupatā ⁊ vilem reddūt. Sunt ēt quedā ex liberalibus ſciētijs quas vſq; ad aliquid diſcere honeſtum ſit: penit⁹ vero ſeſe illis tradere/ ac ad extremū vſq; proſequi velle nocumētis illis que ſupradiximus obnoxios facit. Sed refert plurimū: cuius gratia quis agat vel diſcat: nam ſi gratia ſui vel amicorū vel ꝓpter virtutem nō eſt illiberale. Qui vero idipſum agit ꝓpter alios ſepe vtiq; videbitur illiberaliter ac ſordide agere. Diſcipline igitur ille de quibus diximus/ ad vtrāq; partem ſe habent.

¶ De quattuor que pueri diſcere ſolēt / ꝙ ociū negocio ꝓferēduꝫ / ⁊ diſcipline illius diſciplinis huiꝰ / muſica ad ociuꝫ littere indifferētes / gymnaſtica ⁊ figurandi peritia ad negocium. Cap. 3.

Sunt aūt fere quattuor quas diſcere iuuenes ↄſueuerūt: lr̄as: gymnaſticā: muſicā. addunt vero quartā q̄dā: figurādi ꝑitiā. Lr̄as quidē ⁊ figurationē tanq̄ꝫ vtiles ac valde expedientes ad vitā. Gymnaſticā vero tanq̄ꝫ ꝑtinētē ad fortitudinē. De muſica vero ambigit̄ iaꝫ. Nam nūc q̄daꝫ plurimi voluptatis gr̄a illam addiſcūt: veteres aūt inter diſciplinas eaꝫ collocauerūt: ex eo ꝙ nā querit (vt ſepe dictū eſt) nō ſolum in negocio recte / verūēt in ocio laudabiliter poſſe verſari. Hoc. n. ꝑncipiū eſt oīum: vt rurſus de illo dicamꝰ: ſi eniꝫ vtroq̄ꝫ opus eſt: magis aūt expetendū eſt ociū. Nec id quidē in ioco: naꝫ ſic neceſſe foret iocū eſſe fineꝫ vite: ꝙ ſi impoſſe / magiſq̄ꝫ in negocijs vtendū eſt ioco. Nam qui laborāt indigēt relaxatione: ⁊ huius gr̄a eſt iocus. negocia vero ſunt cū labore ⁊ conatu: ⁊ ꝓpterea opꝫ iocū adhibere q̄ tanq̄ꝫ medicinam eo t̄pe afferat. Nam relaxatio eſt hm̄oi motꝰ animi ⁊ reges ꝓp voluptatē. ¶ Ociū aūt ipſuꝫ vr̄ in ſe voluptatē hr̄e ⁊ felicitatē ⁊ vitaꝫ beatā: ⁊ hoc nō in negocioſis / ſed ocioſis exiſtit. Naꝫ q̄ negociat̄ / alicuiꝰ gr̄a negociatur qđ ſibi deſit. Felicitas aūt finis eſt: quā nō cū dolore: ſed cū voluptate eſſe oēs putāt. Hanc tn̄ voluptatem nō eandeꝫ oēs poſuerūt: ſed ſm̄ ſe vnuſq̄ſq̄ꝫ: ⁊ ſm̄ ſuū habitū. Optimꝰ tn̄ optimā ⁊ eaꝫ que ſit ab honeſtiſſimis. ¶ Itaq̄ꝫ manifeſtū eſt ꝙ opꝫ ad ociū quoq̄ꝫ degēdum addiſcere quedā ⁊ erudiri: ⁊ has eruditiōes ac diſciplinas ſui ipſarū eſſe gr̄a: illas vero q̄ ad negocium tanq̄ꝫ neceſſarias ⁊ gr̄a aliorū. Quapp ⁊ muſicā antiqui inter diſciplinas collocauere: nō tanq̄ꝫ reꝫ neceſſariā: nihil. n. hꝫ tale: neq̄ꝫ tanq̄ꝫ vtileꝫ: vt lr̄e ad lucrū: ⁊ ad rem familiarē: ⁊ ad ſtudia: ⁊ ad ciuiles actiōes cōplurimas.



Videt̄ quoq̄ꝫ figurādi peritia vtilis eſſe ad iudicādū melius artificū opa. Neq̄ꝫ vt gymnaſtica ad ſanitatem ⁊ robur. nullū. n. horū videmꝰ ex muſica fieri. Reſtat ergo ꝙ ad degendū in ocio: ad qđ ⁊ apparēt adhiberi: quaꝫ eniꝫ putāt degentiaꝫ eē ingenuorū hominū in ea inſtituūt. Quapp Homerꝰ in poemate ſuo ita inquit: ſed quale eſt vocari ad menſaꝫ opipare paratam. Deinde nominās quoſdā alios ſubdit: ⁊ accerſunt citharedū q̄ oēs demulceat: ⁊ alio loco ait Vlixes: optimā eē degēdi rōneꝫ q̄n letis oībus cōuiue audiūt citharedū ſedētes ꝑordinē. Quoꝫ igit̄ ſit diſciplīa q̄dā quā nō vt vtilē / neq̄ꝫ vt neceſſariaꝫ docēdi ſint filij: ſed vt liberalē ⁊ honeſtā: manifeſtuꝫ eſt. Vtrū aūt vna ſit numero an plures: ⁊ q̄ nā iſte ⁊ q̄uo: poſteriꝰ dicet̄. Nunc aūt id ꝑmiſſuꝫ ſit ꝙ apud antiquos hēmus teſtimoniū ex his diſciplinis q̄s diximꝰ. Muſica. n. hoc manifeſtat: ac ēt đ vtilibꝰ ꝙ aliqua addiſcere pueros opꝫ: nō mō ꝓp vtilitatē: vt lr̄aꝝ erudimēta: verūetiā ꝓp multas diſciplinas alias q̄ per lr̄as addiſcūtur. Silr̄ vero figurādi ꝑitiā nō vt in venūdādo emendoq̄ꝫ vaſa nō decipiant̄: ſed potius q: ↄtēplari facit pulchritudinē corpoꝝ. Querere vero vtilitatē vbiq̄ꝫ minime cōgruit magnanimis ⁊ ingenuis hoībꝰ. Cuꝫ v̄o manifeſtū ſit: vtrū moribꝰ an rōne ſit diſciplina tradenda: ⁊ an circa corpꝰ ꝑrio: vel circa mentē: ꝑtꝫ ex his ꝙ adoleſcētes gymnaſtice ⁊ pedotribice ſunt tradēdi: q̄ꝝ altera q̄leꝫ aliquā facit habitudinē corpis: altera opatiōes.

¶ De gymnaſtica / ⁊ puerorum exercendorum diſciplina. Capitulum 4.

Nunc aūt que ciuitates curaꝫ habere pueroꝝ maxime videntur / athletaruꝫ habitudinem inducere ſtudēt: in quo deformāt corpa / ac augmentatiōeꝫ eoꝝ īpediūt. Lacones vero in hoc q̄dem nō errāt: ſꝫ efferatos laboribus reddūt adoleſcētes q̄ſi hoc vtile ſit maxīe ad fortitudineꝫ. Atq̄ vt iaꝫ ſepius diximꝰ: neq̄ꝫ ad vnā virtutē / neq̄ꝫ

ad hanc maxime reſpiciendū eſt ab eo qui curam facit inſtitutionis. Et ſi ad hanc: nō tamē id ꝯſequunt᷑. neq̄ enim in alijs aīalibus neq̄ in gentibus videmus fortitudinē adeſſe maxime efferatis: ſed potius manſuetioribus ⁊ leoninis moribus. multeq̄ ſunt gentes q̄ ad cedes oīum ⁊ ad eoꝝ comeſſationē inſultant: vt circa pontū Achei ⁊ Enīochi: ⁊ ex mediterraneis alie gētes he q̄dē ſil'r his: ille vero magis. q̄ q̄dē gētes clāculū ꝑ inſidias latrocinantur: ad bellica tñ opa nihil valent. ¶ Preterea ſcim⁹ Lacones dū ipſi ſoli exercebant̄ p̄ſtitiſſe ceteris: nūc āt ⁊ ī gymnaſticis atq̄ actiōib⁹ bellicis eē alijs inferiores: nō. n. ob id p̄ſtabāt ꝙ iuuētutē exercerent: ſꝫ ꝙ ipſi exercitati cōtra nō exercitatos pugnabāt. Itaq̄ honeſtas, non feritas eſt in certaminibus preferenda. Neq̄ enim lupus: neq̄ alia beſtia honeſtū periculū pugnādo ſubiret: ſꝫ magis vir bon⁹. ¶ Qui vero adoleſcētes in h̄ nimiū tradūt: ⁊ in neceſſarijs abſq̄ diſciplina dimittūt: vere illos ſordidos reddunt. Ad vnū enim opus reipub. vtiles faciunt: ⁊ illos ad ipſū alijs deterius: vt ratio oſtendit. Opꝫ autē non ex prioribus opibus: ſed ex his que nūc fiunt: iudicare. Nā nūc q̄dē illi qui repugnant diſciplinā habēt: tūc vero nō hēbāt. ¶ Q̄ꝛ igit̄ vtendū ſit gymnaſtica: ⁊ q̄uo vtendū cōfeſſum exiſtat. vſq̄ enim ad pubertatem leuiores exercitationes ſunt adhibende, abſq̄ victu vllo violento ⁊ laboribus coactis: ne corpora creſcere impediantur. Signum erit non paruū ꝙ ita contingat: q̄ꝛ inter eos qui Olympia vicerūt: duo vł tres tm̄ repiunt̄ q̄ idē adoleſcētes, ⁊ viri ſint victoriā ꝯſecuti. propterea ꝙ per exercitatiōes pueris adhibitas ſublata ſit vis ac robur a violentis laboribus. ¶ Poſt pubertatem vero cum annis tribus ad alia perdiſcēda intenderint: tunc congruit ⁊ laboribus ⁊ victu neceſſario illos occupare. Nā ſimul mēte ⁊ corpe laborare nō opꝫ: cū ſeinuicē ipedire nata ſint: labor q̄dē corpis mentē: mētis aūt corpus.



¶ De muſica diſceptatorio modo. Cap. 5.

De muſica vero dubia q̄daꝫ poſuimus antea: ⁊ nūc rectū erit illa reſumere: vt tanq̄ꝫ conſentanea fiat rōnib⁹ q̄s q̄s de ea dicens oñdat. Neq̄ eñ facile eſt demr̄are quā potētiā habeat: neq̄ cui⁹ gr̄a illā adipiſci opꝫ: vtrū ſolatij cā ⁊ requietis, queadmodū ſomn⁹ ⁊ potus. Nā hec ꝑ ſeipſa nō ſunt honeſta, ſꝫ iocūda: ⁊ ſimul ceſſare curas faciūt: vt inq̄t Euripides. Quapꝑ inſtituūt in illa ⁊ vtuntur cunctis iſtis ſil'r vino, ⁊ potu, ⁊ muſica. in his quoq̄ ſaltationē poſuerūt. ¶ An magis putādū eſt ad virtutē tēdere muſicā, vt potentē: queadmodū gymnaſtica tale aliq̄d corpus reddit: ſic ⁊ muſicā talē aliquē morē efficere aſſuefaciētē poſſe recte letari? An ad degēdi rationē aliq̄d cōfert ⁊ ad prudentiā. hoc enim tertiū ponendū eſt ex his q̄ dicunt̄. ¶ Q̄ꝛ igit̄ oporteat pueros nō ſolatij gr̄a diſcere: manifeſtū eſt. Nō enīꝫ ſolant̄ diſcētes: nā cuꝫ labore eſt diſciplina. Atqui nec ad degēdi rōnē: pueris, neq̄ illi etati ꝯgruit attribuere. Nulli enīꝫ iperfecto cōpetit ꝑfectio: ſꝫ forſan videbit̄ pueroꝝ ſtudiū ſolatij eſſe gratia viris factis ⁊ ꝑfectis. Q̄ꝛ ſi hoc tale eſt: cui⁹ gr̄a opꝫ ipſos addiſcere: ac nō poti⁹ (inſtar Perſaꝝ medoꝝ regū) ꝑ alios idē faciētes voluptatis ac diſcipline participes fieri. Etenīꝫ neceſſe eſt meli⁹ perfici ab his q̄ hoc opus ſuū fecerūt ⁊ artē: q̄ꝫ ab his q̄ tanto ſolū tp̄e in eo laborauerūt, quāto addiſcūt. Q̄ꝛ ſi opꝫ in his eos laborare: ſil'r ⁊ circa epularū apparatū oportebit vtiq̄ eos addiſcere: q̄d eſt abſurdū. ¶ Eadē quoq̄ dubitatio cadit ſi poſſit mores facere meliores: q̄d eñ opus eſt eos hec addiſcere: ac nō ex alijs audiētes recte letari ⁊ iudicare poſſe, queadmoduꝫ Lacones? illi enim q̄ꝫq̄ꝫ non didicerint poſſunt tñ recte iudicare (vt aiunt) que ſit bona, vel nō bona melodia. ¶ Eadēq̄ rō foret ad ſolatiū: ⁊ ad rōnem degēdi ocij libero homine dignam. Quid enim oportet eos diſcere ac non alijs

Non ſolant̄ diſcētes: nā cū labore ē diſciplina.

vtẽtibus frui? ¶ Cõſiderare hoc lʒ ex opinione quã habemus de diis: nõ enĩ Juppiter cãtat: at citharã pulſat ſm poetas: imo illos q talia faciũt appellamus viles: ⁊ opus illud nõ viri neqʒ ſobrii ſed iocantis. At eniʒ de his poſtea erit cõſiderandũ. ¶ Prĩa vo qõ eſt vtrũ muſica ſit in ioco reponẽda: vel nõ: ⁊ qd põt efficere de his tribus in dubitatione ꝓpoſitis. vtrũ diſciplinã: vel ſolatium: vel rõnẽ ocii degendi. Rõnabiliter quidẽ ad oĩa inſtituit, ⁊ vr̃ omniũ particeps: nam ⁊ iocus grã requietis eſt ac requietẽ neceẽ eſt eſſe iocundã. Eſt eniʒ medicina moleſtie illiꝰ q̃ per labores ſuſcipit: ⁊ rõ degendi ocii non ſolũ honeſtatẽ hẽre debet: verũetiã voluptatẽ. Felicitas eniʒ ex ambabus iſtis eſt. Muſicã vero oẽs fatemur eſſe ex iocũdiſſimis: ſiue nuda ſit: ſiue cuʒ modulatione. inquit ꝓfecto ⁊ Muſeus carmen dulciſſimã reʒ eẽ mortalibus. Quapp ⁊ ad cetus familiariũ ⁊ ad vitã in ocio degendã rõnabilr̃ illaʒ recipiũt vt potentẽ letitiã afferre: vnde ex hoc quis intelligat illã pueris eſſe perdiſcendam. Quecũqʒ eniʒ iocũda ſunt atqʒ eadeʒ innocua non ſolũ cõgruunt ad finẽ verũetiã ad ceſſationẽ. Cuʒ vero cõtingat hoĩbus perraro eẽ in fine: perſepe aũt ceſſent ⁊ vtant iocis nõ ob aliud modo: ſed etiã ob delectationem: vtile foret requieſcere in his q̃ ab illa ꝓueniũt voluptatibus. Cõtingit aũt hoĩbus facere iocos finẽ, cũ ⁊ habeat fortaſſe finis voluptatẽ quandã: ſʒ nõ quãcũqʒ. Querẽtes vero illã: accipiãt hãc pro illa: ex eo ꝙ cũ fine agẽdi ſimilitudinẽ hʒ: nã finis gratia nulliꝰ futuri expetitur: ⁊ tales voluptates nullius futuri grã ſʒ gratia eorum q̃ anteceſſerũt, laboꝝ. ſ. ⁊ moleſtiaꝝ. pp quã igitur cauſaʒ querũt felicitatẽ fieri per hmõi voluptates hanc vtiqʒ aliquis rõnabiliter exiſtimet cauſaʒ. ¶ De cõione aũt muſice nõ per hoc ſolũ: ſed etiã, qr vtilis ſit ad ceſſationes vt vr̃ nec per eas modo: ſʒ inſuper querendũ: ne aliqñ aliud ex ea ꝓueniat. Precioſior q̃dẽ nã eiꝰ eſt q̃ʒ ſʒ eum vſum de quo ſupra dicit: ⁊ opʒ non ſolum ab ipſa



voluptatẽ capere quã percipiũt hoĩes ſm ſenſuʒ: hʒ enĩ muſica nãlem voluptatẽ per quã illius vſus cũctis etatibus cũctiſqʒ moribꝰ eſt acceptus. ¶ Sʒ videndũ eſt ſi q̃uo ad mores extẽdit ⁊ ad animũ: id ãt patebit ſi aliqñ tales aliqui ſm mores per illã efficiamur. Atqui ꝙ efficiamur per olympi modulationẽ manifeſtũ eſt. ea nãqʒ abſtrahit animã ⁊ quodãmodo rapit: raptus vero ⁊ abſtractio anime circa morẽ affectio eſt. ¶ Preterea audiẽtes repreſentationes oẽs efficiunt etiã ſine melodiis ⁊ verſibus. ¶ Cũ vero cõtigerit muſicã eſſe delectabiliũ: virtutem aũt eſſe circa letari recte ⁊ amare ⁊ odiſſe: opʒ ꝓfecto addiſcere ⁊ aſſueſieri ad nullã reʒ adeo vt ad iudicandũ recte ⁊ ad gaudendũ manſuetis moribꝰ ⁊ laudabilibꝰ operibus. ¶ Sunt aũt in rythmis ⁊ melodiis ſimilitudines maxime penes veras naturas ire ⁊ manſuetudinis ac fortitudinis ⁊ temperãtie: ⁊ oĩum ꝯrioꝝ his ⁊ alioꝝ que ad mores pertinẽt. Patet id ab effectu. Mutamus eniʒ animũ talia audiẽtes: mos aũt dolendi ac letãdi in ſitibus ꝓpe eſt: vt erga veritatem eodẽ modo ſe habeat ceu ſi qs gaudet imaginẽ alicuius videns non ꝓpter aliam cauſam, ſed ꝓpter formã ipſam: neceſſariũ eſt huic ⁊ aſpectũ ipſum illius cuius imaginẽ cõtemplat, eſſe iocundũ. ¶ Cõtingit aũt in aliis quidem ſenſibilibus nullã exiſtere ſimilitudinẽ moruʒ: vt in his que tactu vel guſtu percipiunt. In his etiã que viſu admodum parum. figure enim ſunt talia. ſed perparuʒ: ⁊ oẽs huiuſcemodi ſenſus participãt: inſuper nõ ſunt hec ſimilitudines morum ſed ſigna magis que fiunt figure ⁊ colores morum: ⁊ ſunt hec a corpore in paſſionibus. Attamen quantũ refert circa horũ viſioneʒ opʒ pueros non figuras inſpicere Pauſonis: ſed Polignoti: ⁊ ſi qs alter pictor vel ſtatuariꝰ ſit moralis. At in melodiis ipſis ſunt imitationes moꝝ: ⁊ hoc eſt manifeſtũ: ſtatim enim harmoniaꝝ diſtincta eſt natura: ita vt qui audiũt aliter diſponant: nec eodẽ modo ſe habeãt ad vnãquãqʒ ipſaꝝ.

ſed ad quaſdaꝫ flebiliter ⁊ cõtracte magis: puta ad eam
que appellatꝰ Lydia mixta: ad quaſdã vero mollius ſm
mentẽ ceu ad illas que ſunt remiſſe: ad aliã vero medio
criter ⁊ cõpoſite: plurimũ vt videtꝰ dorica facere omniũ
harmoniarũ. Phrygia vero diſtrahit ac rapit animũ: ⁊
quaſi extra ſe ponit. hec enim recte dicunt qui circa hu/
iuſmodi diſciplinã philoſophantꝰ. capiunt enĩ verboꝝ
teſtimonia ex rebus ipſis. Eodem modo ſe habet circa
rythmos: aliȷ̃ enim morem cõtinent grauius: aliȷ̃ cõci/
tant: aliȷ̃ violẽtiores afferũt motus: aliȷ̃ liberaliores. Ex
his igitꝰ pꝫ ꝙ muſica põt animi morem aliqualẽ facere.

Qꝫ muſica põt animi morẽ aliqualẽ facere.

Qꝫ ſi hoc põt muſica: claruꝫ eſt ꝙ ad pueroꝝ diſciplinã
eſt adhibenda: ⁊ in ea pueri ſunt inſtituẽdi. ¶ Cõgruit
aũt nature hmõi diſciplina: nam pueri ꝓpter etatẽ nihil
ferunt ſponte qꝺ nõ habeat in ſe iocũditatẽ. Muſica ve/
ro ex his eſt que ſunt iocũda ſm naturã: ⁊ videtꝰ cogna/
tio quedam eſſe nobis cũ harmoniȷ̃s ⁊ rythmis. Qua/
propter multi ſapiẽtũ dixere: aliȷ̃ quidẽ animã eſſe har/
moniam: aliȷ̃ vero habere harmoniã.

Ut cognatio qdã nobis eſſe cuꝫ harmõia ⁊ rythmis.

¶ De Muſica ex ſñia / quid diſcendũ / ⁊ quid non / ⁊ quo
pacto ea vtendum. Cap. 6.

Utrum aũt addiſcere eos oportet cantando ⁊
manibꝰ agendo / vel non (queadmodũ prius
dubitatũ eſt) nunc erit dicendũ. Non eſt ob/
ſcurũ intereſſe multũ ad hoc vt efficiamur ali
quales ſiquis operũ ipſe ſit particeps: nempe impoſſi/
bile eſt / vel certe admodũ difficile: vt qui opera ipſa nõ
tractet / perite valeat iudicare. Et ſimul opus eſt vt pue
ri habeãt exercitationẽ aliquam: ⁊ Architę tabella recte
reperta eſt quã pueris dant vt in ea occupati illa q̃ ſunt
domi non frangant. Neſcit enĩ pueritia quieſcere. Hic
eſt ergo infantibus cõueniens ludus. Diſciplina vero
maioribus tanq̃ꝫ tabella quedã. Qꝫ igitur docendi ſint
muſicã: ita vt in opere ipſo verſantꝰ: ex his pꝫ. ¶ Quid
autem deceat / vel non deceat ſm etates: nõ difficile eſt

Pueritia neſcit quieſcere.



determinare ac rñdere vituperatoribꝰ vile, hmõi exerci
tium eſſe dicentibꝰ. Primũ igitꝰ cũ iudicãdi cauſa ſint hꝰ
opera perdiſcẽda: ꝓpea opꝫ in pueritia illis operã dare.
In maiori ṽo etate exercitationẽ eoꝝ dimittere: tantũ/
modo aũt iudicare poſſe ꝑ diſciplinã ĩ pueritia adeptã
ac letari recte. Uituperatoribꝰ aũt q aiunt ſordidos ac vi
les muſicã facere / nõ difficile eſt rñdere: ſi ↄſideremus
quouſqꝫ illi opera danda ſit ab his q ad ṽtutẽ ciuilẽ eru/
diuntꝰ: ⁊ q̃ melodie / quiue rythmi ſint addiſcẽdi: ⁊ ꝑte/
rea quibꝰ inſtrĩs percipiatꝰ. Nam in eo quidẽ plurimuꝫ
refert: cõſiſtitqꝫ in his obiectionibꝰ ſolutio. Nihil enim
vetat modos q̃ſdã muſice illꝺ qꝺ aiunt efficere. ¶ Cla/
rum eſt igitꝰ oportere diſciplinã eius: neqꝫ ĩpedimentuꝫ
afferre ceteris operationibꝰ: neqꝫ corpus efficere ſordẽ
dum ⁊ inutile ad bellicas ciuileſqꝫ exercitationes. Ad
vſus qdẽ iã: ad diſciplinas ṽo poſtea. Erit aũt hꝰ ſi neqꝫ
in illis laborabũt q̃ ad certamen artificiȷ̃ ꝑtinẽt: neqꝫ cir
ca admirabilia quedã ⁊ ſuꝑflua / q̃ ĩ certamina prius / ⁊
de certaminibꝰ ĩ doctrinã venere. ſꝫ eouſqꝫ vt gaudere
valeãt ꝓbabilibꝰ melodiȷ̃s ⁊ rythmis: ⁊ nõ cõi ſenſu mu
ſice ſolũ vt aĩalia q̃dã ⁊ turba ſeruoꝝ ac pueroꝝ. ¶ Pa/
tet etiã ex his quibꝰ inſtrĩs ſit vtendũ: neqꝫ enĩ tibie ſint
in diſciplina recipiẽde: nec aliud artificioſuꝫ inſtrm / vt
cythara / ⁊ ſiquid aliud tale. ſed quecũqꝫ faciunt audito
res bonos vel muſice diſcipline vel alteriꝰ. Inſuper ti/
bia non eſt morale: ſꝫ potius ſuſcitatiuũ ⁊ cõcitatiuum.
Itaqꝫ ad hmõi tempora eſt vtendũ illa in quibus ſpe/
ctacula magis purificationẽ patiũtꝰ q̃ꝫ diſciplinã. ¶ Ad/
iungamus aũt ⁊ illud qꝺ ↄtrariũ diſcipline efficit / ĩpediẽs
rõne vti per tibiarũ ſonũ. Quapꝓ bñ reprobauerũt illa/
ruꝫ vſuꝫ antiqui: ⁊ ad iuuenes ⁊ ad ĩgẽnuos: lꝫ prius vſi
fuiſſent. Studioſiores enĩ facti ꝓp diuitias ⁊ aĩoſiores
ad virtutẽ ⁊ prius ⁊ poſt victoriaꝫ ↄ̃ Medos habitam:
ac ex rebus geſtis magis de ſe opinantes / diſciplinam
omnem arripuerunt. non iudicãdo: ſed experientes

quapp tibiaꝝ quoqꝫ vſus tūc receptꝰ eſt. Nā ⁊ apud Lacedemonios qdāꝫ qui ludos exhibebat: ipſemet tibijs modos fecit: ⁊ Athenis eouſqꝫ in cōſuetudinē venit: vt fere ĩgenui oēs addiſcerēt: qḋ pꝫ ex tabula a Thraſippo poſita: cū ludos ꝓ tribu ſua dedit. Poſteavero in deſuetudinē abijt. ⁊ ĩprobari cepta eſt: cū iam meliꝰ per experientiā iudicare poſſent qd advirtutē ptineret: ⁊ qd nō. Eodē quoqꝫ mō ꝑmulta inſtroꝝ ātiquoꝝ ĩprobata ſūt: veluti Pectades ⁊ Barbiti/ ⁊ q̄ advoluptatē audiētiuꝫ ĩtēdebāt/ heptagona/ ⁊ trigona/ ⁊ ſambuce/ ⁊ cūcta q̄ idigēt peritia manuū geſticulatōe. Rōnabilr quoqꝫ illḋ ſe hꝫ qḋ antiq de tibijs fabulant: aiūt. n. Mineruā reptricem tibias abieciſſe ob deformitatē oris. Atq non male ſe hꝫ dicere: feciſſe hoc deā/ deformitate oris ĩſenſaꝫ: ſꝫ ⁊ ēt multomagis ob id qꝛ nihil cōfert tibiaꝝ vſus ad ĩtelligētiā ⁊ mentē: cū ſcia ⁊ ars Minerue ſit attributa. ¶ Cum vero inſtroꝝ ⁊ opis ĩprobauerimꝰ artificioſam diſciplinā: Artificioſaꝫ vero illā poſuimꝰ que verſat ĩ certaminibꝰ. In illis. n. q agit non ꝓprie virtutis grā agit: ſꝫ vt audiētes delectet ⁊ oneroſa qdē delectatōe. Quapropter nō ingenui hoīs cēſemꝰ eē huiuſcemodi opus: ſꝫ ꝑ viles ac ſordidos ꝯtingit illud fieri. nā finis cuiꝰ grā faciunt ĩprobꝰ eſt: cū ſpectator oneroſus exn̄s mō hoc mō illud exigere ꝯſueuerit: ita vt artifices q̄ꝫ placere ſtudētes illiuſmodi efficiant: ⁊ corpora ſimilr pp motꝰ.

¶ De harmonijs/ rythmis/ melodijs/ moralibꝰ actiuis abſtractiuis/ ⁊ que quibus etatibus. Cap. 7.

Conſiderandū eſt aūt vtrū oībus vtendū ſit harmonijs ⁊ oībus rythmis: an diſtinguendū. Deinde vtrū illis q eruditiōis cā laborant eādē diſſōnē tribuamꝰ: an tertiū qddā aliud. Qm̄ videmꝰ muſicā eſſe ꝑ melodiā ⁊ rythmos: horū vtrūqꝫ latere nō dꝫ quā vim hēat ad doctrinā: vtrū ꝓferēda ſit ea ps q̄ in melodijs ꝯſiſtit: an ea q̄ ĩ rythmis. ¶ Putātes igit multa ḋ his eē dicta recte



ā muſicis qbuſdā q nūc ſunt: ⁊ a phīs q ꝑitiā hn̄t hmōi diſcipline: diſcuſſionē ⁊ examē ſingulaꝝ partiū illis dimittemus qui ꝑquirere volēt. Nos aūt legitime ſolūmō in gn̄e de ipſis dicamꝰ. ¶ Cum illa ꝓbet a nobis melodiaꝝ diuiſio quā faciūt qdē phī: q alie ſunt morales: alie effectiue: alie abſtractiue: ponētes nām earū ad ſingula iſtoꝝ ꝓpriā. Dicimꝰ aūt nō viiꝰ vtilitatis grā oportere muſica vti ſꝫ multaꝝ: nā ⁊ doctrine grā ⁊ purificatiōis. (quid aūt purificationē intelligamꝰ nūc ſimplr: als vero diligentiꝰ in his qui de poetica) dicetur. Tertio gratia degēdi ocij getiſqꝫ cā ⁊ remiſſiōis curaꝝ. ¶ Pꝫ oībus harmonijs eſſe vtendū: ſꝫ nō eodē mō. verū ad doctrinaꝫ quidē moralibꝰ eſt vtēdū maxīe. ad auditionē vero alio pulſante effectiuis ⁊ abſtractiuis. Naꝫ affectio illa q̄ ꝯtingit circa animos q̄rūdā vehemēter in cūctis exiſtit. Differt āt ꝑꝫ magis ⁊ minꝰ: ceu miſeratio ⁊ metꝰ: ⁊ ꝓterea abſtractio animi. Naꝫ per hūc motū deuoti ⁊ ſupplices qdā fiunt. Videmꝰ aūt ex ſacris melodijs ita affici quādo vtunt expiātibꝰ aīam carminibꝰ quaſi medicina fretis ⁊ purificatiōe. Hoc idē euenire neceſſium eſt his q cōmiſeratione/ ⁊ q metu/ ⁊ q alijs affectibꝰ detinēt: ⁊ alijs q̄tenꝰ cuiqꝫ talia ꝯtingāt/ fieriqꝫ in oībꝰ purificationē quandaꝫ ⁊ alleuiationē cū voluptate. Silr aūt carmina purificatiua letitiā afferūt inocuā hoībꝰ. quapp talibus harmonijs ⁊ talibus carminibꝰ ſpectādi ſunt hi q theatralē muſicā tractāt citatores. ſꝫ cū ſpectator ſit duplex: alter ingenuus ⁊ doctus: alter vilis ⁊ indoctꝰ ex opificibꝰ turbaqꝫ vrbana: his quoqꝫ accōmodāda ſunt certamia ⁊ ſpectacula ad ceſſationē ⁊ reqetē. vt eniꝫ illoꝝ aīe diſtorte ſunt a naturali habitudine: ſic armoniaꝝ ⁊ melodiaꝝ diſtortiones ſunt quedā: ⁊ ille ſunt vehemētes ⁊ ĩtracte. Delectat vero ſingulos id qḋ ſue nāe ſit aptū. Quāobrē licentia ꝑmitrēda eſt his q de arte muſica certāt ĩ theatro: vt ad hmōi ſpectatorē tali gn̄e vtant muſice. ¶ Ad doctrinā vero (queadmodū dictū ē) moralibꝰ melodijs eſt vten

Delectat ſingulos id qḋ ſue nature ſit aptum.

dum: ⁊ talibꝰ harmonijs qualis eſt dorica vt ſupra dixi-
mus. Recipiēda eſt ⁊ alia quācūqꝫ nobis ſuadēt: qui in
phīa muſica qꝫ verſant. Socrates vero ī libris de repu.
nō recte Phrygiā tātūmō adiūgit ad doricā, lꝫ īprobās
tibiā ex inſtrīs: hꝫ.n. eandē vim phrygia in harmonijs
quā hꝫ tibia in inſtrīs: ambe.n. ꝯcitāt animos ⁊ in affe-
ctus īpellūt. Oñdit hoc poeſis. Tota.n. bachatio ⁊ tota
hmōi ꝯcitatio maxie oīum inſtroꝝ p tibias fit. Harmo
nia vero phrygia maxie hūc modū hꝫ: ceu dithyrābus
manifeſte vr̄ eſſe phrygiꝰ. cuiꝰ q̄dē rei plura afferunt ar
gumēta q circa hmōi reꝝ ītelligētiā vacāt. Et iter cetera
illud qḋ Philoxenꝰ aggreſſus dorice facer̄ dithyrābos
in fabulis nō potuit: ſꝫ vi illiꝰ nāe tractꝰ fuit ad phrygiā
harmoniā q̄ maxie illic ꝯgruebat. Doricā aūt fatēt̄ oēs
cōſtantē eſſe ac firmā ⁊ morēqꝫ ſūmope cōtinere virilem.
¶ Preterea cū mediū extremoꝝ laudemꝰ: ſumendūqꝫ
eē dixerimꝰ: dorica aūt hāc habeat nām ad alias harmo
nias: manifeſtū eſt ꝙ doricā preceteris decēs eſt iunio-
res addiſcere. ¶ Sꝫ duo cōſiderāda ſunt: vnū quid poſ-
ſit: alterū qd deceat. nam poſſia quiſqꝫ aggredi potius ⁊
cōueniētia ſibi, dꝫ. Sunt aūt hec diſtīcta etatibꝰ: ceu de-
feſſis iā tpe nō facile eſt alti ſpūs cantilenas canere: ſed
talibus ſubijcit natura remiſſas. Ex quo Socratē ī hoc
quoqꝫ merito reprehēdunt quidā ex his qui circa muſi-
cam verſant: ꝙ remiſſiores harmonias īprobauit ad do
ctrinā: quaſi vinolentas accipiēs eas, nō ſm vinolentie
naturā (nam vinolētia magis debacchari facit) ſꝫ defeſ-
ſas. Quare ⁊ ad futurā etatē ſeniorū opus eſt huiuſce-
modi harmonias attingere, ⁊ huiuſcemodi melodias.
Preterea ſiqua eſt taliū harmoniaꝝ que ꝯueniat pueroꝝ
etati ex eo quia poſſit ornatū ſimul doctrināqꝫ afferre:
qḋ Lydia maxime omnium harmoniarū habere videt̄.
manifeſtū ꝙ he tres determinationes ſunt in doctrina fa
ciende: ſed medium poſſibile atqꝫ decens.

¶ Explicit liber Octauus ⁊ vltimus Politicoꝝ Ariſto.



¶ Leonardi Aretini viri clariſſimi in libros Economi
corum Ariſtotelis Prologus. ad Coſmum
medicem florētinum.

PRecioſa ſunt interdum parui corporis mu-
nuſcula: qḋ lapilli, gemmeqꝫ teſtant. Et ho
mines nōnunq̄ꝫ puſilli, grādioribus preua
lent: vt de Tydeo ſcribit Homerus: a quo
breui ⁊ exiguo, Thebanos oēs certamini-
bus longe ſuperatos fuiſſe tradit. Statiꝰ quoqꝫ Home-
rum (credo) ſecutus de eodem inquit. Maior in exiguo
regnabat corpore virtus. Tu igitur Coſma dulciſſime:
hoc quicquid eſt libelli, ob pagine breuitatem, nequāq̄ꝫ
deſpexeris: puſillum quidem eſt: at viribus amplum: ⁊
precio dignum. qḋ ego per has ferias e greco interpre-
tatus, nō īmerito (vt mihi videor) tibi potiſſimum deſti
naui. Cui enim rectius de gubernatione exercitus pre
cipi poteſt: q̄ꝫ illi qui exercitum habeat? Cui rurſus de
rei familiaris adminiſtratione: q̄ꝫ ei qui rem amplā poſ
ſidet: ⁊ tueri illam cum laude gliſcit: ⁊ augere cuꝫ digni
tate? Licet ergo tuipſe per te multum ſapias: ⁊ a patre
tuo viro ſapientiſſimo quotidie audire poſſis: operepre
cium tamen erit, qui de re familiari tradiderunt, excel-
lentiſſima philoſophorum ingenia cognouiſſe. Ut enim
medicine finis eſt ſanitas: ita rei familiaris diuitias, finē
eſſe conſtat. ſunt vero vtiles diuitie: cum ⁊ ornamento
ſint poſſidentibus: ⁊ ad virtutem exercendam ſuppedi-
tent facultatem. proſunt etiam natis qui facilius per il-
las ad honores dignitateſqꝫ ſubleuantur. Nam quoruꝫ
virtutibus obſtat res anguſta domi: haud facile emer-
gunt: vt poete noſtri dictat ſentētia. Quare tum noſtri:
tum natorum multomagis charitate illarum amplifica-
tioni (quoad honeſte poſſumus) ſtudendū eſt. quoniaꝫ a
philoſophis in bonis numerantur: ⁊ ad felicitateꝫ per-
tinere creduntur. Tu igitur harum precepta rerum in
hoc libello Ariſto. leges. Ego vero non ſolum tranſtuli

e greco, vt maxime conſonum eſſe putaui: verumetiem explanationem quandam obſcurorum verborum adiunxi: quo tibi legenti dilucidior eſſet. Primuz igitur illud premittenduz eſt/ duas philoſophie eſſe partes: quarũ altera in cognitione rerum: altera in agendo verſatur. Prima fere pars ad illa pertinet/ quorũ finis eſt ipſa cognitio. Actiua vero precepta vite continet: que ſcire parum eſt: niſi deducas in actum. Ea vero precepta diuiduntur trifariam. aut enim circa mores nos inſtruunt: aut circa rem familiarem: aut circa rempubli. Haruz primam Ethicã. Secundã Economicam. Tertiam Politicam greci appellant. Nos (vt opinor) noſtris vocabulis vti magis decet q̃ alienis. Nũc ad textum Ariſtotelis veniamus.



# ECONOMICORVM ARISTOTELIS, LEONARDO Aretino interp̃te, Lib. Primus.

## De differentia ⁊ ɔueniẽtia Politice ⁊ Economice: ⁊ ordine earum. Cap. Primum.

Res familiaris ⁊ reſpu. inter ſe differunt: nõ ſoluz quãtuz dom⁹ ⁊ ciuitas (hec eniz ſunt eaꝝ ſubiecta:) verũetiã in illo/ q̃ in repu. quidez plures imperãt: in re familiari vero vnus dũtaxat eſt impator ⁊ rector. Quedã eniz artes diſtinguũtur: nec eſt eiuſdez feciſſe ac facto vti: quẽadmoduz lyra ⁊ fiſtulis. Sed reipub. diſcipline eſt ciuitatẽ ab initio cõſtituiſſe: ⁊ ɔſtituta bene vti. Itaq̃ patet ẽt eſſe reiſam. parare domuz: ⁊ illa vti. Ciuitas quidẽ eſt multitudo domorũ: agro/ ⁊ pecunijs ſufficiẽter abundãs ad bene viuẽdum. Id autẽ ex eo patet/ q̃ ſi cõpotes horũ eſſe nequeũt/ ſocietas ſoluitur. Inſuper huius gratia in vnũ coeũt: cuius aũt gratia vnũquodq̃ eſt/ ⁊ fuit: ⁊ ſubſtãtiã ipſius hec exiſtit. Itaq̃ patet priorem eſſe generatiõe rem fa. q̃ rẽpu. nam ⁊ opus illius ſic eſt. pars eniz ciuitatis dom⁹ eſt. Cõſiderãdũ eſt igiẽ de re familiari: ⁊ q̃d ſit illius opus.

In domo vn⁹ rector: in repu. plures.

Ciuitas q̃d ſit.

## De ptib⁹ dom⁹: ⁊ vñ ſumẽda poſſeſſio. Cap. 2.

Domus quidẽ partes ſunt: homo ⁊ poſſeſſio. Quoniã vero primuz in minimis natura cuiuſq̃ inſpicit. in domo quoq̃ ita ſe hʒ. Quare ſm̃ Heſioduz hec adeſſe conuenit: Domiciliũ in primis mulierẽq̃ ⁊ bouem aratorẽ. Alterum eniz primũ in victu eſt: alterũ in liberis. Itaq̃ opʒ ea que ad vxorẽ ſpectãt recte diſpoſuiſſe:

Dom⁹ ptes hõ ⁊ poſſeſſio.

hoc eſt prouidiſſe/vt talis ſit qualis eē debeat. ¶Poſſeſſionis aūt prima cura eſt ea que ſm nām: ſm naturaꝫ vero potiſſima eſt agricultura. Secundo loco oīa que ſunt a terra: ceu metalloꝝ: ⁊ ſiqua alia hmōi. Sed agricultura precipue qm̄ iuſta: nō eniꝫ ab hominibꝰ/ neqꝫ a volētibus/ vt cauponaria ⁊ mercenarie: neqꝫ ab inuitis querit: quēadmoduꝫ bellice artes: ⁊ eſt eaꝝ rerum que ſunt ſm naturā. Natura eniꝫ oīs educatio eſt a matre: quare ⁊ hominibꝰ a terra. Prodeſt ēt hoc plurimuꝫ ad fortitudinē: nō eniꝫ (quēadmodū viles artium) corpora eneruat: ſed talia facit/ vt ſub diuo cōſiſtere/ ⁊ tolerare laborē valeāt: ⁊ aduerſus hoſtes pericula capeſcere. Soli eniꝫ hi res ſuas extra munitiōes habēt.

Potiſſima ſm nām ē agricultura.

Hoībꝰ velut a mr̄e educatio eſt a terra.

¶Qualis viri ⁊ mulier[is] economica ſocietas. Cap. 3.

Sed eius diligentie que eſt circa homines: prime ſunt partes circa vxorem. Societas eſt eniꝫ maxime ſm naturā mari ⁊ femine. Premiſſuꝫ eſt eīꝫ a nobis ⁊ alijs locis: deſiderare nām multa efficere talia: veluti vnūquodqꝫ animaliū: eſt eniꝫ impoſſibile feminā ſine mare/ aut mareꝫ ſine femina hoc adimplere. quare eorum ſocietas ex neceſſitate ꝯſtituta eſt. ¶Enīuero in ceteris animalibꝰ abſqꝫ rōne id fit: ⁊ inquantuꝫ nature capacia ſunt: ⁊ procreādi gratia ſolum. In cicuribꝰ auteꝫ ⁊ prudentioribꝰ diſtinguūtur magis. Apparēt eniꝫ in his magis mutua auxilia ⁊ dilectiōes ⁊ cooperatiōes. Maximeqꝫ id in homine cōſpicit: ꝙ nō vt ſint cauſa ſoluꝫ: verūetiaꝫ bene ſint: mas ⁊ femina ope mutua cōiungant. filios quoqꝫ procreāt nō ſolum vt id nature tributuꝫ ferant: verūetiaꝫ vt cōmoda exinde ſuſcipiant. Valentes eniꝫ ipſi imbecillos ſuo labore tuētur/ ⁊ alunt. Mox imbecilli ob ſenium facti a valentibus eadem reportant. ¶Et ſimul natura per hunc circuituꝫ adimplet ſempiternitateꝫ. ex quo ſm numerū nō pōt: at ſm ſpēm. Sic eīꝫ diuina ꝓuidētia vtriuſqꝫ nā ordinata eſt: viri. ſ. ⁊ mu

Maritenā/lis ſocietas ē mari ⁊ femine.

In cicuribꝰ mutua apparēt parētū adinuicē ⁊ ad ſobolē auxilia.



lieris ad ſocietatē. Tendūt. n. eoꝝ oīa in idē vtilitatis: lꝫ ꝯtria quedā videant. Alterū. n. robuſtū facit: alterum imbecillꝰ: vt hoc quidē ob timorē cautiꝰ: illud vero ꝓp fortitudinē pugnatiꝰ eſſet. ⁊ alteꝝ parat foris: alterū parta domi cōſeruat. Ad operis vero effectionē: alteruꝫ ad ſedulitatē intra limen agit: ad externā vero ꝓuagatiōeꝫ ībecillū. Alterū ad ſedulitatē deteriꝰ eſt: ad motꝰ aūt valentiꝰ. Circa ꝓlē aūt: gñatio qdē ꝓpria eſt. vtilitas vero cōis. Alterius eniꝫ nutrire eſt. Alteriꝰ erudire.

Mulier ob timorē cautius viuit.

¶Leges viri ad vxorem. Cap. 4.

Primū igit leges ſint viro ad vxorē: vt iniuria ceſſet. Sic eniꝫ nec ipſe iniuriaꝫ patiet. Hoc enim ⁊ cōmunis lex inducit/ vt pythagorici dicunt: quēadmodū ſeruā ab lare ductā: qꝫ minime decet videri afficere iniuria. ¶Eſt aūt viri iniuria externaruꝫ mulieꝝ coitus. De coitus v̊o vſu lex ſit: in vſu v̊o vt neqꝫ deſit p̄ſ̄tibꝰ: nec abſentibus impotens ſit abſtinere. Sed ita aſſueſieri vt ſufficiēter ſe habeat in p̄ſentia ⁊ abſentia. ¶Recte eniꝫ ſe hꝫ ⁊ illud Heſiodi/ puellaꝫ accipere oportere: vt gratis moribꝰ eā ībuere poſſis. Diuerſitates. n. morū nequaqꝫ ſunt ad dilectōeꝫ apte. ¶Circa ornatū v̊o quēadmodū in moribus fictionē eſſe nō dcet ſi ſibi appropinqre debent: ſic ēt nec in corpe. Nā illa q̄ ꝓ ornatū ſiūt: nihil diſferūt ab hiſtrionū vſu tragedias in ſcena agentiū.

Sint leges viro ad vxorem.

Snīa Heſiodi: vxor puella accipiēda eſt.

Moꝝ diuerſitas dilectōi obſtat.

¶Leges Domini ad ſeruos. Cap. 5.

Poſſeſſionuꝫ autē prima quideꝫ ac maxime neceſſaria eſt illa que optima ⁊ principaliſſima: id eſt aūt homo. Quapropter opꝫ primo ſeruos parare ſtudioſos. Seruorū autē ſpecies due: curator: ⁊ opifex. ¶Cum vero cernamus: ꝙ diſcipline tales aliquos faciunt iuuenes: neceſſariū eſt poſtqꝫ parauerís imbuere illos quibꝰ liberalia officia fuerint cōmittēda. ¶Cuꝫ ſeruis aūt verſetur ita vt neqꝫ ſuperbos eſſe ſinat/ neqꝫ abiectos. Et li

Optīa poſſeſſia hō.

Quō cū ſeruis verſari debeamꝰ.

beraliozib⁹ quidē honoꝛez: opificibus vero cibuz abūdē tribuat. ¶ Et qm̄ vini potus etiā liberos ad inſolentiam impellit: ⁊ apud multas natiōes ingenui quoq ab illo ſe abſtinēt: vt Carthagineſes dum militant: patet ꝙ vini aut nihil aut valde raro ſeruis tradēdū eſt. ¶ Tria vero cum ſint: opus: cibus: ⁊ caſtigatio. cibus quidem ſine caſtigatione: ⁊ opere petulantē reddit. opus vero ⁊ caſtigatio ſine cibo violenta res eſt: ⁊ infirmū facit ſeruum. Reſtat igitur vt opus faciēdum illi tribuat: ⁊ cibū ſufficiētē. ſine mercede eniz dominādū nō putant. merces autē ſerui cibus eſt. ¶ Uerū vt alij deteriozes fiunt qn̄ nec meliozib⁹ tribuitur melius: neq ꝑmia ſunt virtutis ⁊ vitij pꝛopoſita: ſic etiā ⁊ ſerui. Quapꝛopter opꝫ cōſideratione habere, ac indulgere illis: ⁊ ꝑmittere ſingula ſm̄ merita: ⁊ cibum ⁊ veſtē, ⁊ quietē, ⁊ caſtigationem verbo ⁊ opere, medicoꝛū artē imitantes: in medicine rōnem pꝛoſpiciētes: ꝙ quidē cibus medicina non eſt ꝓꝑ cōtinuationē. ¶ Genera vero ſeruoꝛū ad opus faciēdum optima erunt, neq timida, neq foꝛtia nimis. In vtriſq enim peccatū eſt. Nam ⁊ nimis timidi nō ferunt laborē: ⁊ ferocibus nō cōmode imperat. Oꝓtet quoq finem oibus eſſe terminatū. eſt eniz iuſtuz ſimul ⁊ vtile libertatē eſſe ꝓpoſitā. libēter eniz laboꝛes ſubibunt cum ⁊ ꝓpoſitū pꝛemiuz cōſpexerint ⁊ tp̄s diffinituz. Sunt ēt pꝛocreatis filijs tanꝗ obſidib⁹ obligandi. Nec plures habēdi eiuſdē generis, queadmodū in ciuitatib⁹. Sacra quoq ⁊ largioꝛes epulas ſeruoꝝ gratia magis faciēda q̄ liberoꝝ. Plura. n. ipſi habēt: quoꝛum vtiq gratia inſtituta ſunt.

Vino raro vti oz ſeru⁹

Merces ſerui cib⁹ eſt.

In deteri⁹ dilabuntur quibus non adhibet ꝑmiū virtutis ⁊ vitij.

Serui ad op⁹ nec timidi nimis nec foꝛtes eē debēt.

¶ Leges economi. Cap. 6.

Quattuoꝛ habere opoꝛtet patrēfamilias circa pecunias: nam ⁊ querere poſſe conuenit: ⁊ queſita tueri. alioqui nulla querendi foꝛet vtilitas. Nam cribꝛo haurire nihil aliud eſt ⁊ (qd̄ dici ſolet) terebꝛatū vas. Eſſe pꝛeterea

Pꝛfamil. oꝫ vt q̄rat: conſeruet: oꝛnet: fruat.



talem vt ⁊ oꝛnari pꝛeſentib⁹ ⁊ frui ſciat. Hoꝛū eniz gratia habere illas expedit. ¶ Diſtinguēda quidez ſunt ſingula ⁊ plura habere fructuoſa q̄ infructuoſa. Et negocia ſic ſequeſtranda, vt non omnium ſimul periculum ſubeatur. Circa tuenduz autez queſita vtiles ſunt Perſice ⁊ Laconice: vtilis ēt Attica diſpēſatio. vēdētes emūt. ¶ Et penoꝛis inſtitutio nō eſt in exilioꝛib⁹ adminiſtrationib⁹. Eſt aūt perſica ipſuz oia iubere: omniaq inſpicere. Et qd̄ de Dionyſio (inquit) Dion. Nullus enim parem curam hꝫ alienoꝛuz ⁊ ſuoꝛum. Itaq quotcūq ꝑ ipſum geri poſſunt circa illa cum diligentia intēdat. In quo Perſe ſimul ⁊ Lybici dictum recte ſe habet. Perſa enim rogatus quid equum maxime pinguem faceret: oculus domini reſpōdit. Lybicus vero rogatus quod ſterquiliniū agro foꝛet optimū: domini inquit veſtigia. ¶ Sunt igit negocia diligēter hec a viro inſpiciēda: illa vo ab vxoꝛe: ꝓut īter eos diſtincte adminiſtratiōis ſunt cure. Et hoc faciēduz eſt: in exilioꝛib⁹ qdez adminiſtrationibus raro: in grandioꝛibus autez (quaruz cura alijs cōmittitur) ſepe. Niſi eniz quis bonum exempluz de ſe pꝛebuerit: imitatoꝛē diligentie habituruz nō exiſtimāt: neq in reſa. neq his q̄ alioꝝ cure cōmittunt. quaſi impoſſibile ſit nō diligētis domini, diligētes eē vicarios. ¶ Cuz vo hec ⁊ ad virtutē honeſta ſint: ⁊ ad rēſam. vtilia: expergiſci decet pꝛius dominuz q̄ ſeruuz: ⁊ cubituz ire poſteri⁹: nec vnq̄ icuſtoditā eē domū: queadmodū nec vrbē: ⁊ ea quoꝛūcūq qn̄ opus eſt: neq die neq noctu: ⁊ antelucez ſurgere: quod ⁊ ad ſanitatem ⁊ ad curam reifamiliaris, ⁊ ad ſtudium philoſophie pꝛodeſt quāplurimuz. ¶ In paruis igitur adminiſtrationibus Attica regula circa fructus vtēdū eſt: in magnis vero diſtinctio faciēda eſt eoꝝ que in ānū, ⁊ eoꝝ q̄ in ſingulos mēſes cōſumere opꝫ. Eodēq mō ⁊ in īſtrumētis ſeparanda ſunt ea quoꝝ vſus quotidianus eſt ab his q̄ raro ſunt vſui. Hec tradēda ſunt his qb⁹ negocia cōmiſeris.

Nullus parem curā hꝫ alienoꝛuz ⁊ ſuoꝛuz.

Oculus dn̄i eſt equi pinguedo.

Sit pr̄famīlias ſeruoꝝ exēplar.

¶ Ac certo tempoꝛe inſpectio eoꝛuꝫ facienda erit: vt nō
Qñ paran/ lateat qđ ſaluum ſit: quidue perierit. ¶ Edes quoqꝫ pa
de ſūt edes. rande ſunt: vt ⁊ reruꝫ poſſeſſarum: ⁊ ſalubꝛitatis/ cōmo
ditatiſqꝫ rationem habeamus. Rerum poſſeſſarum di
co/ ceu fructuuꝫ ⁊ veſtium: quales his conducant. ⁊ fru/
ctuum: quales aridis ⁊ quales liquidis. ⁊ aliarum rerū:
quales animatis/ ⁊ quales inanimatis: ſeruiſqꝫ ⁊ libe/
ris/ maribus ⁊ feminis/ ciuibus ⁊ peregrinis. cōmodi/
tatis vero ⁊ ſalubꝛitatis vt eſtate quideꝫ ventoꝛū bonū
afflatum: hyeme vero ſoleꝫ recipiat. Eſſent auteꝫ tales:
ſi aduerſo boꝛea fuerit: nec eq̄liter late. ¶ Videt̄ quoqꝫ
in magnis domibꝯ vtilis eē ianitoꝛ qui ſit ad cetera in/
habilis/ pꝛo obſeruatione impoꝛtatoꝛuꝫ ⁊ expoꝛtatoꝛū.
¶ Ad rectū vero vſum inſtrumentoꝛum illud Laconi/
cum valet: Singula ſuo loco iacere. Sic enim parata:
non requiruntur.

¶ Pꝛimi Economicoꝛū Ariſtotelis Finis.

¶ Leonardi Aretini viri clariſſimi Explanatio in libꝛuꝫ pꝛimū Eco/
nomicoꝛuꝫ Ariſto. ad Coſmum ſuum.

RES familiaris ⁊ reſpu. inter ſe differūt. dixi-
mꝯ ſupꝛa in pꝛohemio quā greci Politicā vocāt: nos
appellare rempub. hinc ſunt. M. T. de repub. libꝛi. Itē
quā illi economicā: noſtri remfa. dixere. hinc patriſfa.
nomen venit: ꝙ domū gubernat ac moderat̄. De re igr̄
tur familiari dicturus Ariſtote. pꝛemittit differentiam
inter illam. ⁊ rempubli. dicens non ſolū eſſe tantā dif/
ferētiaꝫ quāta eſt inter domū ⁊ ciuitatē: que ſunt ſbta earū. verūetiaꝫ
ī illo differre: ꝙ ī repu. plures q̄dē imperāt. in re vero familiari vnus
dūtaxat eſt imperatoꝛ ⁊ rectoꝛ. ꝙ dicit bonū eſſe ſubiectū reifa. non
hic pꝛo parietibꝯ ⁊ tecto domꝯ ſumit̄: ſed pꝛo familia. Ciuitas quoqꝫ
nō menia ⁊ tecta: ſed cōcilia cetuſqꝫ hominū ſignificat. Rei igitur fa.
diſciplina circa domū: reſpub. vero circa ciuitatē verſat̄: que pꝛima
eſt differētia. ¶ Secūda vero differētia eſt: qꝛ in republi. plures impe
rant: vt rome ſenatꝯ: cōſules: tribuni militares: ediles: curules: pꝛeto
res vrbani: tribuni plebis. Nam impare dr̄ quicūqꝫ magiſtratuꝫ in
republi. gerunt quoꝝ dicto parere neceſſe eſt. ſunt eniꝫ ſuperioꝛes:
vnde illud naſcit̄ legitimū. par in parem nō hꝫ imperiū. In republi.
igitur plures imperāt. in re aūt fa. ſolus paterfamilias: hic eniꝫ iubē
di ⁊ animaduertendi in familiā poteſtatē hꝫ: eiuſqꝫ dicto parere ne/
ceſſe eſt. Itaqꝫ vt illi publice: ſic iſte pꝛiuatū magiſtratū gerit impe/
riumqꝫ exercet. ¶ Quedam eniꝫ artes diſtinguūtur. Poſt aſſigna/
tam dr̄iaꝫ reifamil. ⁊ reipub. genꝯ earū cōe attingit. Sūt. n. he artes



quedā. Artium vero diſtinctio fit. quarundā enim eſt feciſſe at nō vti
facto. qđ patet in lyra ⁊ fiſtulis. lyram enim facit artifex: ⁊ fiſtulā ca
uat. vtitur aūt poſtea non ipſe qui facit: ſed muſicus. ſunt igit̄ quedaꝫ
artes quaꝝ eſt feciſſe: ⁊ non vti facto. Alie cōtra. Parāt eniꝫ qđ vten
dum eſt: ⁊ parato vtunt̄: huius generis eſt reifa. diſciplina ⁊ reipub.
Eſt enim reipub. cōſtituere ciuitatē ab initio ⁊ cōſtituta bene vti. Eo/
demqꝫ modo reifa. parare domū ab initio: ⁊ poſtq̄ꝫ parata illa fuerit
illa vti. ¶ Ciuitas quidem eſt multitudo domoꝝ. Aperit iam quid ſit
ciuitas: ⁊ quid domus. Inquit eniꝫ ciuitas eſt multitudo domoꝝ agro
⁊ pecunijs ſufficiēter abundās ad bene viuendū. de domo aūt paulo/
poſt dicit q̄d ſit/ aſſignādo partes inquiēs. ¶ Domus partes ſunt hō
⁊ poſſeſſio. Sꝫ redeamus ad ciuitatē: cuius nuda deſcriptione cōtenti
in pꝛeſentia ſimus. naꝫ eſt locus tractādi vberius in libꝛis de repub.
Ciuitas inquit eſt multitudo domoꝛum. ꝙ dicit domoꝛum intellige vt
ſupꝛa diximus: non enim de parietibus ⁊ ſtillicidijs loquit̄: ſed de fa/
milijs. Nam neqꝫ ciuitas muri ⁊ tecta ſunt: ſed cetus hominū iure ſo/
ciatoꝛum. ꝙ auteꝫ ſubdit. ¶ Agro ⁊ pecunijs: ob hoc enim cōueniunt
hoīes in ſocietatem cōmunem vt ſufficientes ſint: ⁊ vt qđ alijs deeſt
ab alijs repoꝛtēt: hic agricola victū parat agrum ſerens: faber auteꝫ
ſibi aratrū ⁊ vomerem. Textoꝛ ⁊ ſutoꝛ veſtem ⁊ calceos ſubminiſtrat.
Ille frumentū ⁊ vinum eis tradit. Ita rerum permutatio fit que cō/
tinet ciuitatem. Nummus deinde cōſtitutus eſt ad faciliorē permuta
tioneꝫ. ne ſi ſutoꝛ foꝛte domum ſibi parare velit/ mille millia calceoꝝ
tradere habeat: nam quis tot ſimul calceis indiget: ſed alijs multis
indigentibus calceoꝝ venditione facta pecunias recipiat: ⁊ pꝛo do/
mo tradat. Nummus igitur in ſubſidiuꝫ reparatus eſt: res neceſſaria
ad ciuitatē cōtinendam tuendamqꝫ vite ſocietatem. Ager quoqꝫ ne/
ceſſarius eſt in quo cōſiſtat ac ſeratur. ⁊ hoc eſt qđ inquit: agro ⁊ pecu
nijs ⁊c. qñ eīm multis cohabitantibus ⁊ ſingulis opus ſuum in cōmu/
ni ſocietate cōferentibus ſufficiētia reſultat ad bene viuendum: tunc
eſt ciuitas: ⁊ ciues ſunt qui iſto modo cōueniunt: ⁊ ſub eiſdē viuūt le/
gibus. Ita Floꝛentini oēs vnā ciuitatē faciunt. Senēſes aliā. Piſani
aliam. Nec quicq̄ꝫ refert intra vrbem habitent vel extra. Sed qđ de
pecunijs dixit: ad omnes res que in eſtimationeꝫ pecuniariā cadunt
hoc notandū referas. ¶ Id autem ex eo patet ꝙ ſi cōpotes. Ciuitateꝫ
eſſe multitudinem domoꝝ agro ⁊ pecunijs ſufficienter abundantē ex
eo patere: inquit. ꝙ ſi cōpotes eſſe nequeunt ſocietas ſoluit. ideſt ſine
illis ciuitas ſtare nō pōt. Ciuitas eniꝫ eſt ſocietas q̄dā. vt inquit Cice
ro in lib. de republi. ſexto: nihil eſt illi pꝛincipi de eo qđ quidem in ter/
ris fiat acceptius: q̄ꝫ cōcilia/ cetuſqꝫ hominū iure ſociati: que ciuitates
appellantur. ſociati ergo homines ciuitatē cōſtituunt: ſoluta vero ſo/
cietate ciuitas interit. ſoluitur aūt ſocietas: ſi ea que retulit nō adſint.
Et hoc eſt qđ ait: ſi cōpotes eſſe nequeāt ſocietas ſoluitur. ¶ Inſuper
huius gratia in vnum coeunt. cuius aūtꝫ gratia vnūquodqꝫ eſt ⁊ fit:
⁊ ſubſtātia ipſius hic exiſtit. Alia ꝓbatio ꝙ ciuitas ſit multitudo do/
moꝛum agro ⁊ pecunijs ſufficienter abundans ad bene viuendum.
Coeunt enim hoīes ſimul in ſocietatē cōmuneꝫ vt ſufficiēter abundēt
ad bene viuendū vt ſupꝛa diximus: qꝛ qđ alij deeſt alius affertꝫ in cō/
muni ſocietate. cuꝫ igit̄ huius gratia ſint ſociati ſimul homines: ⁊ niſi

huius ſufficiẽtie cõpotes ſint/ diſſoluaꝛ ſocietas: merito dici põt hanc eſſe ſubam ciuitatis. nam hec faciũt vt ſubſiſtat ciuitas. quo aũt aliud ſubſiſtit id eius ſuba eſt. ſed quero cur poſuerit vnũquodqꝫ eſt ⁊ fuit. rñdeo vt ſignificet cauſam permanentẽ vt eſt hic: nam huius gratia cõſtitute ſunt ab initio ciuitates/ ⁊ huius gratia durãt/ ⁊ in cõmuni ſocietate. merito ergo dicit: cuius aũt gratia vnũqdqꝫ eſt ⁊ fuit: ⁊ ſubſtãtia eius hec exiſtit. ¶ Itaqꝫ patet priorẽ eſſe remfamiliarẽ ꝙ rempu. nam domus que eſt reifami. opus prior eſt tempore ꝙ ciuitas: que ex domoꝝ multitudine cõſtituitur. pars eniꝫ ciuitatis eſt domus: huius aũt materie partes priores ſunt ꝙ totum: quẽadmodũ ⁊ ouis prius ꝙ grex/ qui ex multitudine ouiũ fit. ¶ Cõſiderandũ eſt igiꝛ de refamiliari. Jam aggrediꝛ diſcuſſionẽ rei. nam precedẽtia locũ ꝓhemij magis tenuere ad docilitatẽ quandã auditoꝝ ꝑtinentia: ⁊ quid ſit eius opus. Finis in refami. ſunt diuitie. vt Ariſt. ipſe in ꝓ̃cipio ethicoꝝ oſtendit: opus aũt eius eſt recta familie gubernatio. ¶ Domus quidẽ partes ſunt homo ⁊ poſſeſſio. Hec eſt diffinitio domus quã recte premittit vt ⁊ qd ſit id de quo tractaturus eſt intelligamus: ⁊ materiaꝫ paret ſibi ad doctrinã tradendã. Simile quiddam eſt apud Ciceronẽ in libro de officijs. inquit enim. Omnis que de aliqua re habeꝛ inſtitutio a diffinitione incipere debet/ vt intelligaꝛ quid ſit illud de quo diſputandũ. deinde diffinitionẽ ſubijcit in hunc modũ. Omnis de officio duplex eſt queſtio. Unũ genus eſt qđ pertinet ad finẽ bonoꝝ. Alterum qđ eſt poſituꝫ in preceptis quibus in omnes partes vſus vite cõfirmari põt. Ita hic Ariſt. diuidẽdo diffinit. Nam diffinire nihil aliđ eſt ꝙ determinare. determinant auteꝫ rem/ qui totã in ſuas diuiduꝛ partes: vnde ſpecies diffinitionis eſt partiuꝫ cõſignatio. domus ergo partes ſunt homo ⁊ poſſeſſio. Idem aũt hic ſignificat domus: qđ familia: vnde reifamilia. nomen tractum eſt. Cõſueuerũt eniꝫ latini per hoc nomẽ res cũ qualitate aliqua functũ diſciplinas fere ſignificare. Ut res militaris: reſpub. res fami. res ruſtica: res domeſtica: qđ ideꝫ ſignificat: ꝙ res fami. qm̃ domus ⁊ familia idem ſunt: vnde paterfamilias dictus eſt/ qui domũ gubernat/ ⁊ regit. Significare aũt familie nomen non hoĩes ſolũ/ verũetiam res que noſtro acquiruntꝛ dominio: iura teſtantꝛ ciuilia. Ubi tota patrimonia in iudiciũ familie herciſcunde venire cõſtat. dic ergo. domus. ideſt familie partes ſunt hõ ⁊ poſſeſſio. q. d. hec duo cõplectitur domus: hoĩes ſcꝫ ⁊ poſſeſſiones: ⁊ de hoĩe quid ſit nemo dubitat. ¶ Poſſeſſio aũt quid in hoc loco ſignificet: declaratione indiget. Ut aũt hoc nomen poſſeſſio et duo ſignificare: nã ⁊ res oẽs quas poſſidemus: puta fundos/ pecus naues: ⁊ cetera hmõi/ q̃ noſtri dominij ſunt: hec em̃ hñtes/ poſſidere dicimur. ſignificat etiã nõ illa que iaꝫ poſſidemus: ſꝫ q̃ acquirimus: ⁊ in hac ſcđa ſignificatione poſſeſſio idẽ ſignificat qđ queſtus. Idemqꝫ vꝛ magis ꝓpriuꝫ in hoc loco. nam ⁊ verbũ grecũ: cteſis qđ eſt hic poſituꝫ vtrũqꝫ ſignificat: ſed hoc magis ꝙ primuꝫ. Ut etiaꝫ Xenophon in economico ſuo oſtẽdit: ⁊ Ariſt. in ethicis inquit. Liberaliores videntꝛ qui non queſiuerũt ipſi: ſed ab alijs acceperunt: ⁊ huius rationẽ aſſignat: ſꝫ qđ ſibi dicit queſiuerũt eodẽ verbo vtiꝛ. ſ. cteſamenita quo cteſis eſt. Significat ergo non res poſſeſſas ſolũ: ſed etiam queſtũ. ⁊ circa primũ diligentia patrisfamilias eſt in conſeruando. circa ſcđm diligentia eſt in acquirẽdo quo in genere agriculturaꝫ paulopoſt preferet: oĩbus alijs queſtibus anteponẽs illam. Nec tñ iſte due ſignificationes multum diſtant ſi recte perpẽdantꝛ. ¶ Qm̃ vero primũ in minimis cuiuſqꝫ natura inſpiciꝛ. Sic etiã in libris de repu. facit Plato: vt a minimis inchoet ciuitatem. ſi igitur in minimis cuiuſqꝫ natura inſpiciꝛ: in domo certe ſic ſe habebit. ſ. ⁊ vt eius naturã in minimis ⁊ primis: (vt ita dixeriꝫ) elementis inſpici/ ac diſcerni poſſit. Unde ſtatim illa minima ſubijcit ex Heſiodi ſnĩa. ¶ Quare ſm̃ Heſiodũ. Heſiodus poeta fuit: Homero traditꝛ aliquãto poſterior. hic in eo libro: cuiꝰ titulus eſt opera ⁊ dies: quẽ ad Perſem fratreꝫ ſcripſit. docẽs que facere queue habere patrẽfamilias opꝫ: hũc verſuꝫ poſuit quaſi elemẽta domus cõtinentẽ: quẽ nũc Ariſt. ad ꝓpoſitũ ſuũ inducit. ¶ Domiciliũ in ꝓ̃mis: mulierẽqꝫ ⁊ bouẽ aratorẽ. Significat eniꝫ dum dicit mulierẽ: ⁊ deinde poſſeſſionẽ ideſt q̃ſtũ cũ de agricultura dicit/ ad quã bos arator eſt vtilis: hec ſunt veluti ꝓ̃ma elemẽta familie: ⁊ reddit rõnẽ quia alterũ eſt primũ in liberis. ſ. mulier. alteꝝ in victu. ſ. opus ruſticũ: qđ in arãdo cõſiſtit. De domicilio aũt tãꝙ de re nota omittit: ſꝫ poſtea in fine q̃le eẽ debeat: trader. Uel ea que ſequuntꝛ diſtributiue ponit. q. d. domiciliũ in primis ideſt mulierẽ: ⁊ bouem aratorẽ: vt hec ſint partes illis qđ ſupra dixit domiciliũ vel domum. Nam vt diximus hec hominẽ ⁊ poſſeſſionẽ ſignificat: in que duo tota domus diuidiꝛ. ¶ Itaqꝫ opꝫ ea que ad vxorẽ ſpectãt: recte diſpoſuiſſe. Poſt aſſignatas duas partes. ſ. hominem ⁊ poſſeſſionẽ. incipit iam ab hoĩe aliud dicere: vt poſtea veniat ad queſtũ. Dicit ergo cũ mulier ſit ꝓ̃mum in liberis: ⁊ q̃ſi quoddã elementũ familie necium eſt ea que ad vxorẽ pertinent recte diſpoſuiſſe: hoc eſt ꝓuidiſſe: vt talis ſit q̃lis eſſe dꝫ. Et qđ dicit ꝓuidiſſe. i. ante oĩa illud ꝓuidiſſe oportuit: vt vxor ſit recte diſpoſita: ⁊ talis q̃lis eſſe dꝫ. Sciendũ tñ eſt ꝙ hic dr̃ de vxore: violẽter tractũ eẽ ab Heſiodo: non em̃ Heſiodus de vxore intellexit: ſꝫ de ancilla. Nã cũ dixiſſet mulierẽ ita ſubijcit in ſequẽti verſu: nõ cõiugio acceptã: ſed precio partã. que ⁊ ſi opus fuerit/ boues ſequatur. patet ergo de ancilla eum ſentire: ſed Ariſto. ſanius ⁊ melius interpretatur. Nam ancilla non eſt primum in liberis: ſed vxor. ¶ Poſſeſſionis auteꝫ prima cura eſt. Perinde eſt dicere poſſeſſionis prima cura eſt: ac ſi diceret in acquirendo precipua: ⁊ maxime laudabilis cura eſt. quaſi dicat. in nulla re tam laudabiliter acquirimus ꝙ in opere ruſtico. ideſt in agricultura. probauit enim Heſiodi dictum in vxore ⁊ opere ruſtico: quoniam alterum primum eſt in liberis: alterum in victu. ⁊ de vxore quedam dixit. Nunc vero de opere ruſtico reſumit laudans illud ⁊ preferẽs alijs queſtibus. ¶ Rationes quare agriculturam ceteris queſtibus anteponit/ multe ſunt: ſed precipue qꝛ eſt ſm̃ naturã: ⁊ qꝛ iuſta: ⁊ qꝛ vtilis ad fortitudinem. ¶ Ceu metalloruꝫ. Ut auri ⁊ argenti fodiendi: ⁊ quod de calybe ſcripſit Uirgilius. Inſula inexhauſtis calybũ generoſa metallis. ¶ Et ſi qua alia hmõi. Ut lapidicine ⁊ ſilua cedua: ſed hec nõ ita humaniter fiunt: vt agricultura: cũ in metallis fodiẽdis terre veluti parenti afferantur manus eius viſcera fodiendo. In agricultura vero fodiaꝛ benigne. Itaqꝫ noſtre quoddã humanitatis inſtitutũ eſſe a maioribꝰ ſcribit Plinius ſcđꝫ ne in Italia metalla foderentꝛ. quãobreꝫ ſubdit. ¶ Sed agricultura precipue: qm̃ iuſta. i. non iniurioſa: non violẽta:

ſed mitis ⁊ pia: quoniā non inhumaniter neq̃ ab inuitis extorquet.
¶ Natura eniꝫ oīs educatio eſt a matre. quare ⁊ hominibus a terra.
Hic terra dicit̄ parens: q̄ nos educat. ¶ Prodeſt etiā hic plurimum
ad fortitudinē. Fortitudo eſt virtus animi. Uires auteꝫ ⁊ robur ſunt
corporis. ad vtrūq̃ prodeſt agricultura. nam ⁊ corpora facit robuſta
per tolerantiam laborum: ⁊ animum firmat contra pericula per exer/
citationem tuendi res ſuas: que vt plurimū ſunt extra munitiones ⁊
periculis ſubiacent. ¶ Non eniꝫ queadmodū viles artium. De opifi/
cijs dicit vt tonſtrina ⁊ ſutrina ⁊ ſigillaria ⁊ argentaria ⁊ alia hmōi:
in quibus ſedulitas eſt muliebris: ⁊ nullus virilis labor. ¶ Sub diuo
conſiſtere. ideſt. ſub aperto celo ad eſtum ⁊ frigus ſine cameris ⁊ fene
ſtris pannatis: que omnia intelligenda ſunt: non de his ſolū qui ma/
nibus ſuis opus ruſticū faciunt: ſed de his quoq̃ qui curāt faciendū:
ceu dominus predijs intētus: qd̄ in economico pſequitur Xenophon.
¶ Sed eius diligentie que eſt circa homines. Quoniā de cura ⁊ dili/
gentia que eſt circa queſtū. d. in quo ꝓpoſuit agriculturam: nūc de ea
que eſt circa homines adhibēda dicit: in qua prefert maxime vxoreꝫ
⁊ rationes duas aſſignat: ſed videbatur ſupra dixiſſe de vxore. Re/
ſpondeo ita in genere. dixit enim ꝓuidendum vt ſit talis qualis eſſe
debet. ſed hoc parum erat: itaq̃ nunc magis trite ⁊ particulariter di/
ſcutit. ¶ Premiſſuꝫ eſt enim a nobis: ⁊ alijs locis deſiderare naturā
multa efficere talia. Rō quare mari ⁊ femine ſit cōmunio maxima ꝯꝫ
naturaꝫ: premiſſuꝫ eſt inquit. ideſt preſuppoſitū alibi: vbi de genera/
tione tractauit: naturā deſiderare multa efficere talia: vt homo homi
nes: leo leones: equus equos. Natura enim deſiderat omne animal
ſibi ſimile ꝓducere. Hoc autem non poteſt mas ſine femina: aut femi
na ſine mare deſiderium adimplere: ſed ambo ſimul cōcurrāt neceſſe
eſt. itaq̃ eorum ſocietas eſt ꝯm naturaꝫ: ⁊ quidem ex neceſſitate cōſti
tuta. ¶ Enimuero in ceteris animalibus abſq̃ ratione id fit. Deſide
rium ꝓcreandi cōmune quidem eſt oībus animalibus: ſed diſtinguit̄
in ipſis: pꝫ alia magis alia minus ab īmanitate remota ſunt: capa
ciaq̃ prudētie. Nā alia quidē īdiſtincte coeunt ſine aliquo reſpectu:
ſed qm̄ nāli mouent̄ deſiderio. Alia vo ſe cōiungūt: non tm̄ ꝓcreandi
grā: verūetiā vt ope mutua ſe coadiuuēt: qd̄ in cicuribus ⁊ prudētio
ribus beſtijs videmus. dicunt̄ eniꝫ cicures ille beſtie que remote ſunt
a beluina feritate. prudentiores aūt vocat quecūq̃ ꝓuidentiam ha/
bent circa victū: vt formicas: apes ⁊c̄. que futuri memores cibū col/
ligunt ⁊ cōſeruāt. In his igit̄ mutua quedā auxilia cōiunctionis ap/
parent: nec tantū cōuenire in ſocietatē vt ꝓcreent: ſed vt mutua ſeſe
ope tueantur. Sed in homine maxime omniū id cōſpicitur. patet em̄
in hominibus cōiunctionem fieri inter marem ⁊ feminā: non ſoluꝫ vt
ſint: hoc eſt non ſolum vt procreent ac perpetuent genus ſuum: verū/
etiam vt bene ſint. principium ergo cōiunctionis in hominibus eſt a
natura. Forma vero eſt a lege ⁊ ratione. quod matrimonium appel/
lamus. ¶ Tributum ferant. Tranſlatio eſt ab eo qd̄ quis ſuperioribus
ſoluere aſtringitur. vt enim tributū penditur regi ex indictione: ſic a
natura nobis indictuꝫ eſt vt alios ꝓcreemus. ¶ Ualētes eniꝫ ipſi. ſ.
vir ⁊ vxor. ¶ Imbecillos. i. inualidos paruos filios. Mox imbecilli
⁊ ob ſeniū facti. ſ. vir ⁊ vxor. a valētibus. ſ. filijs. ¶ Eadē reportāt. ſ.

alimoniā ⁊ tuitionē. Hinc eſt ꝙ filio patrē abdicare non licet: q̄ iure
nature obligat⁹ eſt. ¶ Et ſimul nā per hūc circuitū. Qd̄ dicit ⁊ ſimul
duo implicat: qd̄ ⁊ grā cōmodi facit qui ꝓcreat: ⁊ grā perpetuitatis: ⁊
hoc in hominibus. Quod aūt inquit per hūc circuituꝫ. ſ. de parēte in
filio: ⁊ de filio in parentē. ¶ Adimplet ſempiternitatē. i. adimplet deſi
deriū ſuum. vcꝫ. vt homines ſemper ſint ꝯm ſpeciē: ex quo ꝯm nume/
rum eſſe nō poſſunt. ¶ Tendūt eniꝫ eoꝝ oīa in idē vtilitatis. Sic em̄
ordinati ſunt diuinitus vir ⁊ vxor ad ſocietateꝫ: vt oīa eoꝝ tendant
in idem vtilitatis. Licet quedā videant̄ cōtraria. q̄mo aūt cōtraria ⁊
q̄mo in idē tendentia explicat. inquiens alterū quidē robuſtiſſimū: ⁊
cetera que ſequunt̄. Dic ergo alterū. ſ. virum: alterū. ſ. vxorē. ⁊ vtitur
neutro genere. qd̄ non eſt incōueniens: cū hō ſit aīal. Quod vero di/
cit. fecit. dic. ſ. natura: vel diuina ꝓuidētia. Item qd̄ dicit ob timorē
cautius. ſ. ad cuſtodiā rerū ſuaꝝ. ¶ Alterū ad ſedulitatē deteri⁹. Uir
em̄ ad quietē intra limen agendaꝫ ineptus eſt. ¶ Gn̄atio ꝓpria eſt. i.
precipua mulieris: ⁊ expone generatio. i. effectio: ſiue partus. ¶ Uti/
litas aūt cōmune quantū ad filium. Non eniꝫ hic loquit̄ de vtilitate
parentū: ſed de ea quā parentes cōferunt in filiuꝫ. Itaq̃ ſubdit alte/
rius nutrire eſt: alteri⁹ erudire. educatio. n. eſt a matre: vt ſupra dixit.
eruditio vero a patre: ⁊ ſic vtilitas cōmunis eſt amboꝝ. ¶ Primum
igitur leges ſint viro ad vxorem: ⁊ iniuria ceſſet: cum ſit ope mutua
inter virū ⁊ vxorē ad bene viuendū cōtracta ſocietas. Primuꝫ hoc
precipiendū eſt vt ſint leges viro ad vxorē. Sed quid eſt qd̄ dicit. ſint
leges viro ad vxorem: an forte ad alios non ſunt leges? Reſpondeo.
Uir eſt paterfamilias domus ſue (vt ita dixerim) rex. hic pro arbi/
trio familiā gubernat: caſtigat: punit: poteſtatemq̃ habet in ſeruos
⁊ filios ⁊ res poſſeſſas: nec vlla lege vetuſta prohibetur: quo minus
hanc poteſtatem in ſeruos ⁊ filios exerceat. Non putet ergo vir. in/
quit Ariſt. eodē modo habere imperiū in vxorē: ſed ſint leges quedā
viro ad vxorē: quas ſeruare debeat: ⁊ quas ſi trāſgreditur iniuriā fa/
cit: nec in arbitrio ſuo poſitū exiſtimet vt totū ſibi liceat: ſꝫ cognoſcat
ſe lege teneri ⁊ iniuria ceſſet. Nam ius eſt ꝯm leges. Iniuria cōtra le/
ges. ¶ Sic enim nec ipſe iniuriam patietur: ab vxore. vꝫ. que pro/
pter iniurias viri: aut infida fit: aut adultera nōnunq̃ etiā venefica:
⁊ expone exēpla in Clitemneſtra ⁊ Penelope: quarū altera ꝓpter in/
iurias viri adultera ⁊ cedis conſcia fuit. altera ꝓpter fidē cōiugis ca/
ſtitateꝫ ſeruauit. ¶ Hoc enim cōmunis lex. Pythagorici cenſebant
ſancte quidē ⁊ bene qui cōmuni quodā humanitatis iure abſtinēdū
eſſe ab iniuria etiā erga ſeruos. naꝫ ⁊ ſi ſeruus: homo tn̄ eſt: qui cuꝫ in
tuā domū peruenit: q̄ſi ad larem familiarē cōfugiſſe videt̄ ne iniuriaꝫ
patiat̄. fuit nāq̃ religio antiqua: vt quicūq̃ ad larem alicuius confu/
giſſet: etiā ſi is inimiciſſimus eſſet violare eū nō liceret. qd̄ Themiſto/
clem feciſſe ſcribunt: cū athenis pulſus domum inimici: ⁊ a ſe quidem
magnifice offenſi: quē vitare nō poterat introiſſet. fugiēs eniꝫ ad larē
ſupplex: etiam apud infeſtiſſimum inuiolatus permanſit. Eſt autem
lar veſte ſacrū: ⁊ quenis domus id ſacrū habet. Sedes aūt eius ſacrū
eſt: vbi principaliter ignis fit. Pythagorici ergo dicebant oportere
nos exiſtimare ſeruos noſtros eſſe ab lare. i. ab illo loco ad quē cōfu/
giens violare non eſt fas: qm̄ ipſi ſerui cum in domū tuam venerint:

ad larē familiarē tuū ꝯfugiſſe videnť. Si ergo ſeruis id humanita⸗
tis tribuiť: multo magis id tribuēdū eſt vxori: ꝛ iniuria ceſſet: ꝛ com
muni lege ꝛ rōne domeſtici ſacri .eſt.n.cōmunis lex: vt cōfugientibus
ad larē/ iniuriari fas nō ſit. Mulier aūt eſt ex his qui in domū tuā
veniūt: ꝛ ad larē cōfugiſſe videnť. Nō ſolū ergo priuata lege que eſt
viro ad vxorē: verūetiā cōi lege q̄ eſt ad oēs confugiētes ad larē: ab⸗
ſtinēdū eſt ab iniuria vxoris. ꝛ hoc eſt qd̄ inqt: etiā cōis lex inducit/ vt
Pythagorici tradūt. ¶ Eſt aūt viri iniuria. Inter ceteras leges que
ſunt viro ad vxorē: illa q̄q3 numerať: vt ſua ꝯtētus eē debeat: neq3 cū
alijs coeat: quā ſi trāſgrediť vir/ iniuriā facit. ¶ Itaq3 dicit. Iniuria
viri eſt externarū mulierū coitus. Sunt.n. externe oēs preter vxorē.
illa eni eſt ſua ꝛ domeſtica: alie externe ꝛ aliene. ¶ In vſu vero vt neq3
deſit. Hoc preceptū cōe eſt viro ꝛ vxori: ꝛ ſentētia eſt hec. Dictū eſt
ſupra prime virū vxore ſua cōtētū eſſe debere: ꝛ illā viro. Uñ naſciť
dubitatio quō facietiſti in abſentia ſi nō poſſunt cū alio coire. Reſpō⸗
det ita aſſueſcēdū eſt: vt neq3 quādo ſunt preſentes deſit eis coitus:
neq3 qñ ſunt abſentes impotētes ſint acqeſcere ꝛ abſtinere. ſic ergo
eſt aſſueſcēdū vt ſufficiēter ſe habeāt in p̄ſentia ꝛ abſentia. ¶ Recte
vero ſe h3 illud Heſiodi puellā accipere debere. Qd̄ in maſculo diciť
puer: in femina diciť puella: ꝛ in vtroq3 etatē ſignificať ab ingreſſu
pubertatis vſq3 ad finē annoꝝ creſcētiū. hoc ē qd̄ inqt Ouidius.
Seu caperis primis/ ꝛ adhuc creſcentibus annis:
  Ante oculos veniet vera puella tuos.
¶ Ut gratis moribꝰ imbuere poſſis. gratis.ſ.tibi. Nā grandiorē fe⸗
minā ſi duces nō facile in tuos mores illā traduxeris: preſertī ſi aliū
habuerit virum. erit ḡ diſſimilitudo morū: qua ſtāte nec pax tibi do⸗
meſtica fuerit: nec amor cōiugalis. nā morū diuerſitates amorē im⸗
pediunt. ¶ Circa ornatū vero. Aliud preceptū ſalutare circa ornatū
vxoris: qd̄ Xenophon in economico ſuo ꝓſequiť latius. Sed quicqd̄
ibi plixa illa interrogandi reſpōdendiq3 feſtiuitas h3: hic breui prece
pto cōprehendiť. ſumma eni3 totius precepti eſt quēadmodū in mo
ribus fictio eſſe nō d3: ſic etiā nec in corpe d3 eſſe fictio ꝑ fucos ꝛ alia
que ad apparentiā pertinēt: ꝛ nō ad veritatē. nam talis oſtentatio
inquit nihil differt ab hiſtrionū vſu qui ꝓdeunt ex aula tanq̄ reges
ornati: ſunt aūt reuera viles hoīes: nō reges vt apparebāt. Intelli⸗
gendū eſt duplicē eſſe fictionē: vnam in plus q̄ reuera ſit: ꝛ dicitur
oſtētatio. Alteram in minus: ꝛ diciť ironia. hic ergo de prima loquiť
que eſt oſtētatio. hec eni3 vt in moribꝰ ceſſare d3: ſic etiā in corpore.
Plato quoq3 de hac ipſa fictiōe ornatuue in Gorgia loquiť: quē totū
refert in adulatione ꝛ fictione ingeneroſam ꝛ fallacē eē permutatiōē
veri decoris. ¶ Si approp̄inquare debeāt.ſ. vir ꝛ vxor. ꝛ dic appro⸗
pinquare.i. coire vel cōuenire ſimulq3 aūt inquit. ¶ Tragedias in
ſcena agentiū. ideo poſuit tragedias/ ꝛ nō comedias: qꝛ in tragedia
reges ꝛ tyrāni finguntť: i comedia aūt lenones ꝛ paraſyti: qui ſunt vi⸗
les perſone. plus igiť intereſt in tragedijs inter pſonā verā ꝛ fictā: qd̄
magis facit ad ꝓpoſitum ſuum ornamēti mulierum. Nam vt inquit
Iuuenalis. Quale decꝰ rerū ſi coniugis auctio fiat Balthe ꝛ criſte: ꝛ ce
tera q̄ ꝓſequiť. tandē cōcludit. exigua pars eſt ipſa puella ſui. nec tñ
ferebant penas vt nunc ferre ceperūt. ¶ Poſſeſſionum autē prima
quidē ac maxime neceſſaria eſt illa que optima. Admirabiť quis nō
immerito ordinē huius ꝓgreſſus: cū videať nunc idem omittere/ nunc
reaſſumere ꝛ interponere quedā: vt nunc de vxore: nūc de agricultu
ra: nunc de ſeruis. S3 oīa ſunt plana ꝛ optima rōne ab Ariſtotele di⸗
geſta. Primo enim dixit domus eſſe partes hominē ꝛ poſſeſſionem.
mox inducta Heſiodi ſententia: pretulit vxorē tanq̄ primū in libe⸗
ris: ꝛ rem ruſticā tanq̄ primū in victu. dixitq3 in primis curā nos ha
bere debere vt vxor ſit qualis eſſe debeat: ꝛ rem ruſticā alijs queſtibꝰ
eſſe preferēdā. hoc perfecit vſq3 ad eū locū. vbi dicit. ſed eius diligen
tie. Ibi reſumens diuiſionē primo factā incipit tractare de homine
aperiens precepta circa vxorē magis trite q̄ ſupra fecerat/ vſq3 ad
hunc locū poſſeſſionum: vbi incipit tractare de ſeruis. Sed quero
vtrū ſerui ſint hoīs an poſſeſſionis. Cum enim ſint partes domus: in
altera iſtarū ſunt cōputandi. dubitationē aūt facit id qd̄ inquit. poſ
ſeſſionū prima quidē ꝛc. vbi ſeruū numerat in poſſeſſionibus: poſtea
dicit eſſe hoiem. Ad hoc reſpōdeo. videri qddā genus mixtū. nam ꝛ
hō eſt ſeruus: ꝛ tamen acquiriť dño noſtro. Ariſt. quoq3 alio loco in⸗
quit. ſeruus eſt aīatū inſtrm̄. inſtrm̄ vero inaīatum eſt. ſeruus ergo al
terutrū quiddā eſſe videť. ſed certe hominis eſt a nobiliori parte. Si
igiť diligētia noſtra in acquirēdo attendiť: potiſſima eſt circa agri⸗
culturā in quā ſeruoꝝ opera maxime vtimur. Si aūt dignitas rei que
acquiriť ꝛ dominio noſtro ſubijciť: precioſiſſimꝰ eſt ſeruus: qꝛ hō eſt.
¶ Itaq3 op3 primo parare ſeruos ſtudioſos. parare.i. acquirere. ſtu⸗
dioſos.i. frugi ꝛ diligētes. ¶ Seruoꝝ aūt ſpēs due. curator ꝛ opifex.
Curatorē vocat ſeruū qui negocijs preficiť: ꝛ curā eoꝝ hr̄e iubetur.
Opificē vero qui ſuis manibus opus faciat: vt fodere: arare: ſerere: ꝛ
alia opera. nam maxime de opere ruſtico ſentire videť. ¶ Diſcipline
tales aliquos faciunt iuuenes. vt muſica muſicos. moralis moratos.
¶ Neceſſe eſt poſtq̄ paraueris.i. acqſiueris: ſeruos/ imbuere.i. doce⸗
re/ ꝛ erudire illos quibꝰ liberalia negocia fuerint cōmittēda. ¶ Cum
ſeruis aūt ita cōuerſeť.ſ. dñs. neq3 eni3 pati d3 eos ſupbire: neq3 rur⸗
ſus ita deprimere vt viliſſimi efficianť. ¶ Et liberalioribꝰ honorem.i.
curatoribꝰ quibus negocia liberalia cōmittunť: qui ꝓprie dicunť vi⸗
carij: qm̄ vices domini in curādo ſollicitādoq3 exercēt. Iſtis ergo ho
norē tribuere d3. illis vero qui opus ſuis manibꝰ faciūt nō tā honor
q̄ cibus tribuēdus eſt: vt ꝛ Cato inquit. Familiā bene paſcere. ¶ Et
qm̄ vini potus. Ponit vtilitatē que eſt in abſtinēdo ꝛ poſſibilitatem
precepti. nō eſt eni3 putandū nimis durū preceptū vt vino interdicať
ſeruis: cū apud multas nationes ingenui quoq3 abſtineant. Ut de
Perſis ſcribit Xenophon in libris de Cyri infantia. cardamū ꝛ aquā
ad penā adiungere. Ari. tamen carthaginēſiū vtiť exemplo: quibus
militie abſtinere vino mos fuit. Uide igiť aurea verba de vini potu:
ꝛ a nobis quoq3 obſeruāda. verū miniſtri germani qui nobis ſeruiūt
ab hac Ari. ſentētia longe aberrauerūt. Qd̄ autē dicit: aut nihil aut
raro: expone: aut nunq̄/ aut raro: vt ſic ad tp̄s totū referatur. ¶ Tria
vero cū ſint. Tria maxime attendunť in cura ſeruoꝝ: opus: caſtiga⸗
tio: ꝛ cibus. opus ad cōmoditatē domini pertinet. cibus ad victum
ſerui. caſtigatio ad correptionē. Cum ergo ſint tria. cibus ſine caſti⸗
gatione ꝛ opere petulantē facit. de quo Terentius. Uiden ocium ꝛ

